


Georg Christoph Schaller zu Schaw, Fraw, Wenn.

Æqualem tibi quærere Uxorem

Eigner herdt ist geltsswert.



Ein rechten Freundt ist Goldes werdt
Den findst du weder hie noch ferdt
Bekombst du In halds In vasst
Lass dir In sein ain lieben gasst.

S.S.M.

Omnia si perdas famam servare memento.

Omnia si perdas famam sexare mento



<36605780860019

Wir Adams kinder werden in Vnrainigkait
empfangen, in der finsterniß formirt, mit
schmerzen geborn, vor vnnserm außgang
beschweren wir die Muetter, vnnd da wir
in die Welt wellen, brechen wir die Mue
ter, wie die Atter gezieht, die erste stimme die
wir von vnß geben, ist Wainnen, vnd
öllenß, weil wir in das thal der klage
khomen, leben alhie kurtz zeit vnnd
ist vnnser leben vol mühe vnnd
Arbaidseligkait, sterben wir den
so werden wir ein speiße der Wür
men, ein stinckhendt Aaß
vnnd grewel.

Georg Christoph Schaller gehörig



Auicenna.

Liber canonis totius medicine ab auicenna arabū doctissimo excussus. a gerardo cremonēsi ab arabica lingua in latinā reductus. Et a petro ātonio rustico placētino ī p̄hia nō mediocriter erudito ad limā ex omni p̄te ab erroribꝰ ⁊ omni barbarie castigatus: Necnō a dn̄o symphoriāo cāperio lugdunēsi fecūdis annotatōibꝰ terminisq; arabicis ⁊ eoꝝ expositiōibꝰ nup̄ illustratꝰ: Una cū eiꝰ vita a dn̄o francisco calphurnio nō minꝰ ꝟe q̄ eleganter excerpta.

1522

Ex libris Georgii Mä[illegible] philo et Medicinae doctoris Salisburgi 1667

¶ Auicenne cordube principis vita a Francisco Calphurnio visdocinensi decātata: que hactenus latuerat in lucem exiuit.



Auicenna cordube princeps ⁊ alumnus suis tꝑibꝰ quosquos orbis haberet medicos literaꝝ gloria exuperauit. Ille nāq₃ vix dum materno raperet̄ ab vbere salubre medicine vexillū sectatꝰ est semꝑ. Sed quis cū principez neget cū charitatē clemētiā liberalitatēq₃ in delicijs haberet socias: morbo q₃ lāguētibꝰ esset salubre refugiū. Fert em̄ antiquoꝝ hystoria illū in cordubensi ciuitate habitaculū suis construi fecisse sumptibꝰ quo oēs morbis anxios amice suscipiebat susceptisq₃ vigili cura medebat̄. nec vllꝰ erat q̄ illiꝰ ⁊ opes: ⁊ opē nō sentiret: ꝑsertim qui suppetias ab eo efflagitaret: nemīnē vnq̄ reliq̄t destitutū: nemīnē ꝓmi inedia patiebat̄. Nihil hꝫ ꝓfecto: si gladios demat: quo sublimiꝰ suū cesarē efferat cordubēsi principe roma cū vtriq₃ fida comes semꝑ fuerit liberalitas. Sed q̄m multis nō est in liquido quanto ⁊ quo tꝑe vixerit id placuit ex antiq̄s annalibꝰ excerptū eliminare. Ille em̄ an̄ maturos dies occidit: q: vix octauū ⁊ q̄dragesimū annū expleuerat cū funesta morte ꝑuētus interijt. Habuit auerroim philozophū ⁊ medicū cōtēporaneū q̄ semper in eius alioꝝq₃ medicoꝝ gloriā liuētibus oblatrātis lingue iaculis obluctabat̄. Habuit etiā cōuictitios algazellē ⁊ alfarabiū medicos illustres: quos itidez nitebat̄ maledicus ille auerrois in auicēnā cōmouere. Quo fiebat vt solus nō ledēdo tirannoꝝ more cruciabat̄ de q̄bꝰ Oratiꝰ Inuidia siculi nō inuenire tyrāni maiꝰ tormētū. Nescio ꝑterea q̄bus argumētis insistāt somniatores aliq̄ q̄ mutuas inter Augustinū ⁊ Auicennā epistolas iueniri erroneis scriptionibꝰ asseuerāt. Dij boni q̄tos ꝑter legē suā: si vera hec cēnt: dies augustino natura ꝓtraxisset. Profecto nullꝰ est mortaliū nisi turbulēte mentis q̄ si ep̄las Augustini legerit nō sibi facile ꝑsuadeat hoc eē fabulosum cū nulla ab augustino ad principē reperiat̄ ep̄la. Ille cū sublimis romani imperij declinaret subsideretq₃ maiestas hispaniamq₃ arabes occuparēt inter medicos velut inter vrticas hyacinthꝰ effloruit: q̄ cū ⁊ animi ⁊ corporis dotibꝰ abūde ditesceret literaꝝ semꝑ floribꝰ arabica lingua cōplures libros eius glorie ac noīs fidos testes ad limā ⁊ amussim excudit medicine opes totas quinq₃ inuolutas dedit mortalibus.

¶ Tradūt alij arabē illū abolayq₃ principē fuisse q̄ post euecti patris exequias sese totū disciplinis tradidit enutriēdū. Apud quas tā frequētibꝰ vigilijs iugiq₃ labore cōmacruit vix decimū egressus annū alcorani mahumetice legis sinuosum ꝑlegit opus ꝑlectūq₃ viuaci memorie adiecit. Verū vbi ⁊ etate ⁊ rōne crescebat dulcis medicine artis fauo illectꝰ hypocratis ⁊ galeni voluminibꝰ in octauū ⁊ decimū vsq₃ diē impalluit quo tꝑe inuidentibꝰ forte coctancis doctoribus insigne tropheū affectatꝰ est q̄ postmodū lꝫ opē fortuna denegaret patrie extereq₃ regiōes languētibus medice opitulabatur. Hic ēt ne ignauo desidie situ obrueret̄ cōplures studijs addictos iuuenes apollineis artibꝰ impingebat eosq₃ varijs quos in medicina excuderat voluminibꝰ donabat. Sꝫ prohdolor vbi meliores sue etatis horas studijs attriuerat ecce vt solet nos lōga viuēdi spes illudere grauissimo morbo qui a nostris colica dicitur interijt. Verū q: diuersos auicēne mortis scriptores diuersa flectit opinio ea cā nihil q̄ oī ꝑte audeā asserere scribo attamen reiectis multorum opinionibus facile mihi persuadeo non a vero discedere si cuz domino Symphoriano camperio lugdunensi de auicenne dicam interitu. Ille enim vt auctor est camperius cum in inuidiam et fortune ⁊ literarum gloria auerroim medicum traxisset. Post aliquot dies ne ab officio inuidorum exularet potu venefico illum interemit.

Finis.

¶ Annotamenta Errata et Castigationes in Auicenne opera per Symphorianū Campegium Auratū equitem ac Fauergie dominum composita.

¶ Sacratissimo Antistiti dn̄oq; suo Roberto Colburno Rossensi in Scotia episcopo viro īprimis eruditissimo Symphorianus Campegius fauergie dominus. S. P. D.



Galenum pgamenū ita ab initio antiquitas admirata est: vt euz post hypocratem laudaret vir sacratissime potius q̄ sectaret. Veruz multis post seculis Auicenna sub mahomethea spurcissima ⁊ nephanda secta medicinam ꝓfitente: Auicēne nomen apud hispanos increbuit ac emicuit vt tuz primū non tam Galeni interpres sed medicoruz princeps dūtaxat vocaret. Neq; itez dignus hoc medicine nōie cēseretur: qui nō ex Auicēne officina prodisset: ⁊ satis tituli ⁊ estimationis haberet: qui Auicennista nūcupari meruisset. Ego igit Antistes dignissime: nō modo q̄ olim de magdalena poposcisti dubia: sed ⁊ nūc Auicenne Errata animo promptissimo: siue lingua: siue literis emendare et annotare concupisco. Sed ne extra cancellos instituti operis euagetur oratio: iaz aptēda sunt vela ac ianua petēda: iā man⁹ īponēda opusculo ē: in q̄ vereor nedū amphorā formare incipio, vrceū finxerim. Tu ꝟo litteratissime presul quicquid est istud munusculi libenter cape. quod si facit ad stomachum tuum: bene est. viuas valeasq; Campegij tui memor Symphoniaceq; nos ames.

¶ Arabum et mahumethensium secte precipue Tres.

Auicenna Nos autem scimus q̄ anima non est vna in omnibus corporibus. Attribuens autem anime esse non est corpus: neq; virtus corporalis. sed sine dubio essentia existens nuda a materijs ⁊ mensuris. Auicēna et suus abreuiator Algazel de intellectu agente ⁊ possibili eodē mō loquitur. Auicēna em̄ in quinta pte sexti naturaliū lquit: q̄ aīa hūana prius est intelligēs ī potētia: deinde fit intelligēs ī effectu. Oē aūt qḋ exit de potētia ad effectū nō exit nisi p cām: q̄ hz id ī effectu: ⁊ extrahit illū. ergo est hec cā p quā aīe nostre ī reb⁹ īelligibilib⁹ exeūt de potētia ad effectū: sz cā dā di formā intelligibilē nō est nisi intellectus in effectu: penes quā sunt principia formarū intelligibiliū abstractarū. cui⁹ cōpatio ad aīas nostras est sicut cōpatio solis ad visus nostros. qr sicut sol videt p se ī effectu ⁊ videt luce ipsius ī effectu qḋ non videbat in effectu: sic est dispō huius intelligentie: quātū ad nr̄as aīas. Est ergo intellectus agens sicut sol qui extrahit aīas nostras ď potētia ad effectū p illustrationem factā in īelligibilib⁹. voluit aūt hūc intellectū agētē esse sepatū ac īmixtuz. ⁊ nō solū esse pncipiū intelligēdi: sed creādi formas ꝓpter qḋ colchodea dr apḋ arabes. hāc opinionē habuit Auicēna ab alexādro: q̄ voluit intellectū agētez nihil eē aīe nostre. ⁊ sic sunt indt intellect⁹ agēs et potētie differentie anime.

Algazel Dicit q̄ apprehensor intellectorū vniuersalium est anima que est substantia existens per se. que non est corpus nec impressa in corpore nec perit pereunte corpore sz remanet viuēs in ppetuū vel leta vel tristis. Que fuerit Algazelis de aīa opinio multis propositionibus ostenditur: quarum pma est. Anima nō perit. pereunte corpore adijcimus etiam q̄ ipsa incipit cum corpore. Secunda algazelis propositio. Anime quāuis fiant cuz corporibus. non tamen fiunt propter corpus. dictum enim est q̄ corpus nō potest esse causa fiendi aliquid de nihilo vel multo minus fiendi id quod non est corpus. Tertia algazelis propositio. Omne sperma qḋ aptum est recipere animam meretur aduentum anime a substantia intelligibili que est principium animabus merito quidez naturali nō casu vel electione. Sequeretur em̄ tunc q̄ aliquando due anime conueniunt in vno corpore: quod est inconueniēs. Quarta propositio maior pena in die iudicij illorum hominuz erit qui cum sapiētes essent male vixerunt. Dicit etiam algazel q̄ qui crescit in scientia et non crescit in bonis operibus et in vita bona elongabitur a deo. Et hec algazelis opinio cū lege christianorū videtur satis ɔformis. Fuit tn̄ arabia terra pestilens humanis gentibus: sic mahumetes sic olim cham ⁊ ei⁹ progenies.

Auerrhous vnicam in omnibus hominibus animam intellectiuaz esse voluit. item ponit intellectum tam agentem quā possibilem esse duas partes substantiales anime intellectiue. Et ē opinio auerroys q̄ intellect⁹ agēs et intellectus potentie substantie sint: et non accidētia ꝓpria ⁊ essentiales ꝓprietates: rursum q̄ intellectus agēs et potētie sūt separati a materia: ⁊ a corpe et actu vniuersales ⁊ abstracti extra animā. Rursum ābo sunt aīe rationalis q̄dpiā ⁊ sepati scḋm esse a materia et corpe: hec opinio inter oēs mēdosa ē. Nā vt sacre litere docēt Aīa intellectiua semp cū corpe creat ⁊ simul ei infundit. Nā vt verbis neotericis siue auerroycis loquar. Aīa simul creatur ⁊ infundit corpori. Nā forma q̄ ꝓducit vt informet simul ꝓducitur ⁊ informat. Aīa intellectiua ē hmōi igit ⁊c. Maior ptz: qr entitatē forme eē: In materia ē formā informare materiam. Entitas q̄ ꝓducit vt informet statiz q̄ ꝓducitur pōitur in materia ⁊ inest ei: sz formam esse in materia: est formam informare materiā. Quia non est intelligibile formam inesse materie et ipsam non informare. in eodem enim instanti temporis Introducitur vltima dispositio. Anima creatur et infunditur in diuersis tamen (vt quibusdam placet) instantibus nature quare videt auerroys de intellectu male et vt ethnicus errasse.

Ex sexto de anima Auicenne.

Anima non desinit esse neqꝫ trāsformatur ī alia corpora. sunt eñ aīe separate sine dubio a corporibus. prius autē vnaqueqꝫ habuerat esse ⁊ essentiā per se ꝓpter diuersitatem materierum: quas habebat: ⁊ propter diuersitatem temporis sue creationis: ⁊ propter diuersitatem affectionum suarū quas habebat ſm diuersa corpora que habebat hec Auicenna.

Algazelis de anima ex lib. de anima humana opinio.

Anima est quasi tabula breuis continens summam omnium que in mūdo sūt: in qua inuenit exemplum omnis rei ⁊ per quam sit possibile cognoscere vniuersa. anima vero post mortem sentit dolorem pro ignorantia ⁊ delectationē pro sapientia. sensibilis autem delectatio non habet comparationē ad intelligibilem delectationē. angelorū delectatio quam habent ex contēplatione primi: vincit delectationē quam habent de apprehensione sui. Delectatio autē eorum est quia se seruos dei cognoscunt. anime autē q̄uis ipse fiant cum corporibus: non tñ fiūt propter corpus. Causa autem earū est dator formarum que est substantia intelligibilis eterna: aīa autem ab intelligentia fluit agēte: ipsa enim anima esse significat agentē intelligentiā: in ipsa fiunt intellectus abstracti.

Impij auerrhois de aīa opinio.

Anima intellectiua vnica est in omnib⁹ hominibus. Est eñ intellectus hūanus quedā natura ⁊ quiditas intellectualis subsistens: ⁊ implurificabilis continēs omnem perfectionē tam ex parte indiuidui q̄ ex parte spēi: que pōt ipsi competere: nullo modo determinabilis ⁊ contrahibilis ad plura indiuidua: eo modo quo quodlibet in materiale simpliciter abstractū est implurificabile ſm aristotelē. Anima eñ intellectiua compōitur ex intellectu agēte ⁊ possibili: q̄ duo non sunt partes essentiales anime: sed partes potentiales: ita q̄ sunt due potentie: eedē tamē realiter cū substantia aīe intellectiue. Alibi tamē cōmētator ponit intellectū tā agentē q̄ possibilem esse duas partes substantiales anime intellectiue: ita q̄ anima intellectiua est quedā substātia spiritualꝭ oīno abstracta a materia ꝑ se subsistēs: in qua intellectus agens in ratione principij actiui respicit intellectū possibilē: pro ī adequato passiuo: que anima intellectiua licet nō sit forma informans corpus humanum: nō potest tñ esse sine corpore humano: adeo q̄ si per impossibile destrueretur tota spēs humana: nō esset aīa intellectiua ⁊ sic anima intellectiua dicit̄ dependere à corpore: ⁊ esse actus primus ei⁹: ⁊ intentiones intellecte: saltē in particulari sunt generabiles ⁊ corruptibiles: quicquid sit de intētionibus respectu vniuersalis. ⁊ hec fuit ipij auerrhois opinio.

Symphoriani Campegij fauergie domini opinio de anima.

Tres maximi philosophi religionū trium: qui totū terrarū orbem suis doctrinis illustrarunt ex arabia procreati fuerunt. Fuit eñ Auicēna origine Arabs: ⁊ si natiuitate hyspan⁹: lege mahumetista. Algazel origine Arabs religione christianus: Nā petrum et ioannē dei apostolos in sua philosophia appellat. Auerrhous vero gētilis. Gētiles sunt qui ad fidei nostre lucem nunq̄ venerūt: et latine infideles dicuntur: grece vero ethnici. i. gentiles nūcupātur. Ethnos eñ gentē significat. Dicunt̄ ⁊ pagani hoc est rusticani: q̄ nō spiritu renati sicut christiani: sed in ea qua geniti sunt rusticitate semꝑ ꝑmanserunt: prout fuit ille impius auerrhous sine lege infidelis rusticus: pagan⁹. ⁊ gentilis qui vnitatem intellectus contra aristotelis mētem cuius se dicit interpretē solus somniauit. nos autem alibi multis rationibus intellectus vnitate reiecta eandē questionem antea obscurā ac perdifficilē hisce verbis aīe humane substantiam sic diffinimus. Aīa est substātia talis ex qua fluunt potentie tum separate a materia: tum etiā minime separate: ⁊ secundum se est incorruptibilis ac permanens. licet secundū esse quarundam potentiarum corruptibilis sit. atqꝫ hec quidem de anima humana dumtaxat ⁊ precipere se et sentire profitentur nostri philosophi. plura ab origine rōnalis anime in plura volumina nostri philosophi cōfecerunt ⁊ veram illius cū motore p̄mo: a quo vno perfecta est cognatione ostenderūt: actam et si multa ⁊ pene innumera afferri possint ad astruendam hāc de animi imortalitate sniāz. vna tamē certior atqꝫ ceteris omnibus accōmodatior via est: et huius inuestigā de veritatis ratio cognitio: ac ꝑspectio finis. Nec id quidē vel timere: vel iniuria: quādo finis his que ad finē sunt: necessitatē constituit. id vero cum primis effecisse perpēditur aurelius ⁊ quidem vere aureus augustinus in his libris quos castigatissimos tum de trinitate tum de ciuitate dei cōscripsit aīas in corporibus oīpotens atqꝫ eternus pater simul ⁊ infundit ⁊ creat. Eiusce modi ꝑcreationis rōnē nunq̄ philosophando nouit auerrhous: qui cum plus q̄ oportebat sapere voluisset: fecit ne intelligendo vt intelligeret nihil.

¶ Auicennam affirmare a prima intelligentia secundam dūtaxat prodire illam vero producere tertiam. Erratum primum.

¶ Camperius.



Auicenna patria hispalēsis origine ⁊ lingua Arabs: sexto naturaliū rerū libro: parte quinta: Et in nono sue Metaphysice putauit ⁊ falso hūc ordinē a separatis a materia: ⁊ ab omni materie conditiōe intelligentijs haberi: vt secūda a prima tertia a scđa: quarta a tertia: ⁊ ita deinceps seruato ordine penderet: nec solū quoad essentiā naturā ve: sꝫ quoad intellectionē etiā ꝑtineret: itaqꝫ gradatim ꝓcessi donec ea que infima esset humanā animā oēmqꝫ eius intellectionē ꝑduceret: nec secus rōnalē animā intelligere nisi dum se actu ipso ad superiorem a qua scilicet pēderet intelligentiā cōuerteret addebat pro aīe ipsi⁹ puritate effici posse: vt ipsi intelligētie a deo cōiungeret: vt hauriret arcana: vt futura ꝓuideret: vt in subiectā mām ꝑ appulsū imaginationis polleret. Hec ab Auicenna: ⁊ quodā q̄si sub nes

cessario compēdio summatim excerpsim⁹ aduersus
autē modū quo produci intelligentias voluit Aui=
cēna minime disputabimus:quoniā hoc impietum
abundanter a theologis multis quibus vno ore cō=
fessum Creare solius dei mun⁹ esse vanāq; ⁊ impos=
sibilē haberi positionē Auicēne omnes cōueniunt:
Tametsi in improbādo discrepent: ⁊ alius hac illa
alius pcedat via: vt in cōmentarijs Scoti Thome
⁊ Ocham in sententias videre licet. Et quia Auicēna
totam animā ⁊ omnē eius partem atq; potentiaz a
proxima creari intelligentia putauit:idem q̄tuz ad
voluntatē ptinet sentire eū oporteret:qḋ de intelle=
ctu pariter sensit. ad hec ⁊ ratione ⁊ experientia con
stat voluntatē sui actus esse dominā liberāq; ei eē
pducere cū velit necne. Quapropter ab intelligen=
tia illa superiore proximaq; volūtarius actus mini=
me pendere posset. Sicuti nec intellectus. Si autez
nec minimā ab ipsa intelligentia notitiā sine sensi=
bus ⁊ phātasmate naturaliter anima habere potest
quāto minus haurire poterit arcana ⁊ se illi intime
cōiungere: vt Auicēna ⁊ Algazeles autumarūt: q̄q̄
hic ob hoc q̄ phātastice hac in parte virtutis memi=
nit: nō adeo exorbitet: quoniaz fatemur ⁊ nos posse
separatas mētes in sensibus ⁊ phantasmate nouas
videre species. Sed hec nec naturalis: nec ordina=
ria hominis cognitio putatur: verū supernaturalis
potius aut specialis notitia nullo aūt modo prophe
tica reuelatio proprie ⁊ exacte diceretur: que ⁊ lumē
ipsuz diuinitus immissuz: ⁊ intelligibiles species in=
fluxas requirit. At qui nescio ego: quo pacto recte
consistere opinio hec Auicenne queat: quin ab alia
eiusdem āntiquiore pressa dilabatur: putauit enī ab
vno nō posse nisi vnuz prouenire. Quomodo igitur
si ab vna intelligentia vnicuz pendere actū intelligē
di decreuit: quomodo inquā prophetia que multi=
fariaz variatur: ⁊ ea maxime que de futuris cōtingē
tibus asseritur quibus certa ⁊ decreta causa in rerū
natura nō visitur: ab illa intelligētia pficisci poterit.

¶ An ab intelligentia ipsa naturaliter ha
beri possit reuelatio contra Auicēnā. Aui
cenne erratum secundū.



Uod autē ab intelligentia ipsa natu
raliter haberi non possit reuelatio
multifariaz ostēdemus. Aristoteles
⁊ quidem sequuntur pro constantissi
mo habent oēm nostraz cognitionē
oriri a sensu. Item fieri non posse vt
quis intelligat nisi phātasmata spe=
culetur. Si vero ab intelligentia ipsa separata: nāci
sceretur notitiā a sensu ⁊ phantasmate non oriretur
cognitio: quādoquidez intelligibilis illa species im
mitteret que sine sensu ⁊ phātasmate sunt. Diceret
forte aliquis in hoc Auicennaz ab Aristotele cuius
philosophiā multis in locis interpellauerit: ⁊ ex pro
posito in plerisq; aliter senserit. At qui vrgebimus
iteruz ratiōe Thome sequi asseuerantis frustra vni
ri animā corpori: si aliūde q̄ corporeis adminiculis
intelligat. Neq; enim per se colligari: cum forma nō
sit gratia materie: sed econtra: neq; propter opera=
tionē. Itē vniri si cognitionē non haberet a sensib⁹.
Quādoquidez melius separata q̄ coniuncta puraz
illam intellectionē hauriret. Sed instat Scot⁹ in se=
cūdo operis Anglicani questione prima vndecime
distinctionis: plus ipsam Thome rationem inferre
q̄ oporteat: affirmans. Siquidē sequi vt frustra etiā
vniretur cū beata esset. Preterea secūdū aliquos in
telligere eam inquātum est supra corpus: non cōue
nire igitur sibi inquātū ei vnitur. Sed instantie iste
nō efficiūt: cum in beatitudine multiplex ei cognitio
cōpetat per lumē glorie: p reseruatas species p infu
sas. Coniuncta vero corpori mortali alia intelligere
(que naturalis sit): via non datur: cuz vero intelligit
eo id officij supra corpus dici posse q̄ intellect⁹ mi=
nime alligat⁹ affixusq; est organo corporeo: quo ta=
men vtitur in phantasmatis subministrandis. Alia
igitur ratio assumpte prime propositionis: alia secū
de: quia idem in vtrisq; nō cōtinetur: propterea hoc
ex illo nō cōnectitur ⁊ pendet. Supra corpus enī eē
nō significat vt Thome placet: separatam omnino
esse a corpore: sed nō alligatā ⁊ immersam: propter=
eaq; posse animā eas que ab imaginatione afferun
tur sensiles species: ab lumine intellectus agentis
intelligibiles effectas ⁊ vniuersales suscipere. Qua=
propter stat diui Thome ratio cōtra Auicēnam ma
gnis nixa radicibus. Affert autē contra Auicennam
Scotus improbatiōes alias ⁊ illā in primis nostraz
omnē cognitionem a sensu ortum ducere: vt ab Ari=
stotele in posterioribus Analyticis ⁊ in physicis: et
in prima philosophia statutum. Sed Auicenne se=
ctatores dicerent suū auctorem illo nō teneri subdit
⁊ illud efficacie maioris cui nullo pacto (vt aiunt) re=
fragandū censent animā in potētia essentiali semp
nunq; in accidentali ad intelligendū futura: tametsi
habilitas quedam exurgeret qua se facilius ad in=
telligendū conuerteret. Uerū; ⁊ illud in Auicennaz
afferemus. vt nec memoria in parte intellectiua po=
ni posset vlla si nostro in arbitrio nō esset semper in
telligere que ante intelleximus experitur aūt quili=
bet ex conceptis iā formis. super easdē se ratiocinā=
do reuolui ⁊ in alia prosilire atq; discurrere absq; vl
la huiuscemodi cōmentitia ⁊ inani conuersiōe Alia
quoq; ex pte experiri quis pōt ex ipa cōuersiōe ad su
pera nō posse in actū cognitiōis erūpere nisi speciez
quāpiā aut in imaginatione sensilē: aut in memoria
intellectilē contēplatus fuerit. Ceterū frustra in ho=
mine ratiocinatio frustra discursus si simplicē reruz
intelligētiā nancisceretur anima ex cōuersiōe ad supe
ra. Ab ea enī quicquid oporteret traheret simplici
actu nāq; agens ⁊ passuz iusta pportiōe cōueniunt
vt aūt illa sine discursu intelligit ita hunc intelligen
di modū per iugē illapsuz anime cōmunicaret inde
quoq; recta cōnexione penderet vt cecis ab ortu na
ture sciētia colorū posset illabi.

¶ Quo ordine fuerunt creature producte cōtra
Auicennā. Erratū Auicēne Tertium.



Uicēna a prima intelligentia secūdā so=
lū pdire asserit scdam aūt cū ad primaz
se cōuertēs intelligit pducere tertiā tuz
deinde eandē seipsam intelligēdo aīam
primi orbis creare Qḋ ⁊ ad creatiōis rō

nem pertinere affirmat: ⁊ sit secundū Auicēnam ad
mitti posset quodāmodo: vt creandi potentia crea-
ture etiā possit cōicari: atq̃ altera creatura produce
re alterā possit: licet nō principaliter: sed ratione in
strumētali in primi virtute. Verū hec opinio a catho
licis nō tenetur: neq̃ robur habet ad ponēdū crea-
turam posse creare. Joannes Damascenus diuina
rum rerum subtilis perscrutator libro .ij. de Ortho-
doxa fide capite .iiij. eos insectatur qui dicūt ange-
los esse creatores cuiuspiam rei: ipsi enim inquit os
diaboli sunt: eorum quidē patris. creature eñ cum
sint: non sunt conditores. Omniū vero factor ⁊ pro-
uisor: ⁊ contentor deus est: solus increatus: qui in pa
tre: ⁊ filio: ⁊ spiritusancto: hymnis concelebratur: et
glorificat̃. Sacratissimi eñ scripture sancte interpre
tes: inter cetera eo vtunt̃ argumento ad ostēdēdū
spiritūsanctū esse deū: q̃ creandi virtutē habeat: vt
inquit Psal. ciij. Emitte spiritū tuū ⁊ creabunt̃: ⁊ re-
nouabis faciē terre. Ea aūt ratiocinatio nulli⁹ esset
ponderis nihilq̃ haberet momēti: si creatura potē-
tiā haberet rerū cōditricē. Recto itaq̃ cōsequio col-
ligitur si quid creatura est: ipsum creādi potētiā ha
bere nō posse: neq̃ primariā quidē: neq̃ ministeria
lem ⁊ ab alio acceptā. Nō eñ ē capax creatura: suis
definita metis ⁊ determinata limitibus: immēse vir
tutis: q̃ ex nihilo quicq̃ adesse pducat. Proinde qui
autumāt creaturā creandi ministeriū exercere pos-
se diuina authoritate illi cōmissum: vna cū Auicēna
⁊ Platonicis angelos creatores astruētib⁹: a Dama
sceno cōfutant̃ ⁊ impij dānātur erroris. De eo autē
qd̃ disquirit Damascenus quenam creature primo
fuerint a deo facte: an spirituales an corporales: po
tius standū est sentētie sacratissimi Gregorij naziā-
zeni. videlicet primo omniū factos esse angelicos
spūs. Secundo loco creaturas corpales: quinq̃ die
rum interuallo a deo dispositas. Tertio vero homi
nem: vt vtriusq̃ extremorum medium. Nempe pre-
stantius natura: ⁊ prestantius spiritus q̃ corpus: et
spiritualia: celestiaq̃ agmina: ad corporalium gu-
bernationem ⁊ moderationem erant designanda.
quare par fuit: prius angelos q̃ res corporales ad
ortum duci: qd̃ ⁊ satis innuere videtur scriptura: in
exprimēda rerū creatione primo celum nominans
deinde terram nõie celi angelos ⁊ supcelestes spūs
significans: itidē ⁊ corpora celestia. Nõie vero terre
elemēta: ⁊ mixta ex ipsis coalita designās. Et vt san-
ctissimus: sacerrimusq̃ ⁊ dei loquentissimus Diony
sius Areopagita Gallorū apostolus inquit omnis
diuinus sermo sacra videlicet scriptura: celestes sub
stantias nouem nominauit: quas hic diuinus sacer
q̃ consumatus: in tertrinos discreuit ornatus: ⁊ pri-
mum quidem dicit illum esse: qui circa deū semper
⁊ e vicino ⁊ immediate vniri traditus est: estq̃ sera-
phim sextipennatorū: ⁊ cherubim multioculorum: ⁊
sanctorum thronorum. Secundum autem qui do-
minationum ⁊ virtutum: ⁊ potestatū est. Tertiū ve
ro: ⁊ in fine constitutum: eum qui est principatuum
archangelorum: ⁊ angelorum. Adde q̃ permulti de
celestibus spiritibus exactius disserētes: ponūt quē
q̃ angelū ab alio quouis siue eiusdem: siue diuersi

ordinis specie substātiali differre: ⁊ in vnaquaq̃ an
gelorum specie: solo numero abinuicem discrepan-
tes. Qd̃ ex eo potissimum coniectant quia conspici-
tur multitudo numeralis eorum. que eiusdem sunt
speciei: maxime ex materie dissectione: diuisiõeq̃ in
partes eiusdem rationis pendente. Hinc admitten-
tia huiusmodi diuulsionē partiū ratiõe dimensiõis
coniuncte: innumera habent indiuidua: vt terra in
particulas infinitas ptibiles: ⁊ aqua in guttas: qua-
rū vnaqueq̃ toti⁹ nomē retinet. Que vero min⁹ re-
cipiunt huiusmodi diuisionem materie ⁊ quantita-
tis in partes eiusdem cum toto denominationis mi
norem habent indiuiduorum multitudinē ⁊ magis
ad vnitatem accedūt: vt quibusdam rerum gradib⁹
ab elementis ad hominē ascendendo comperiatur
homo speciei habere vnitatē: ⁊ in sua specie plura
indiuidua tota ⁊ integra. Quare angelus hominē
lõge prestans dignitate ⁊ excellentia: magis a mul
titudine discedet q̃ hõ: ⁊ ad vnitatē pprius accedet
sicut ⁊ homo minus ad multitudinē labitur ⁊ am-
plius ad vnitatem se colligit: q̃ cetera animalia ra-
tionis expertia. Non igitur habebit angelus in vna
specie plura eiusdem nature indiuidua: quēadmo-
dum homo: sed dūtaxat vnicum. Alioquin non ma
iorē pre se ferret angelica natura vnitatē: q̃ hūa-
na: qd̃ ordini rerū repugnat. Atqui ea que diuerse
sunt speciei: inter se secundū naturā discrepant ⁊ eo
rū vnū: substantia dignius est: aliud vero imperfe-
ctius. Sunt igitur oēs angelici spūs inter se inequa-
les: nõ modo secundū qualitates: sed ⁊ substantiā: ⁊
nulli duo eiusdē oīno pfectionis ⁊ gradus. Hec ta-
men dicta intelligantur: nõ vt oppositā improbem⁹
partē: in hac potissimū re ardua que hūanā trāscen
dit inuestigationē: ⁊ oīno pspecta haberi nõ potest:
nisi spiritus dei reuelauerit.


De errore Auicenne ⁊ aliorum qui di-
cant omnia miracula fieri naturaliter.
Erratū quartū.

Fuere nonnulli glorie diuine quodam-
modo inuidi: nature autem nimis ad-
dicti: inter quos est Auicenna: qui co-
nati sunt omnium miraculorum etiam
eorum que in nostrum beneficiū deus
ostendit: in natura rerū causas inuenire. Aiūt eñ no
stre imaginationi cū fortis est: obedire primū vires
aīe: vt ea q̃ est q̃ digerēdo nutrimēto prefecta ē: quo
sepe factū dicunt: vt nonnulli ex epilepsie imagina-
tione epileptici euaserint. Obedire etiā imaginatio
ni nõ corpus solū aīe imaginanti coniugatū: quod
⁊ nos cõcedimus: sed ⁊ materiā quoq̃ exteriorē: qd̃
negamus: nec tamen id aiunt oībus aīabus esse cõ-
mune: sed quarundam esse priuilegium singulare:
quas alijs excellentiores: ac diuiniores putant: qua
les esse volunt prophetarum ⁊ heroū: seu semideo-
rum. Unde Auicenna sexto naturalium parte quar
ta capite .iiij. ⁊ quē presupponit .x. Metaphysice in-
quit. Anima in sua natura nobilis ⁊ a passionibus
corporis separata est de substantia principiorum
que vestiunt materias formis idest que inducunt
formas in materiam sibi subiectam per voluntas

tem & imaginationem emitta quod materia istius mundi est illis principijs subordinata ad recipiẽdũ naliter illã formã: que ab illis principijs intenditur: et hec non tantũ preordinat & dominat corpori humano cui appropriata est: sed ol materie generabiliũ & corruptibiliũ ita vt hec materia plus sibi obediat q̃ cõtrarijs trãsmutantibus ergo ex hac subordinatõe naliter ad imaginationẽ sequitur realis transmutatio corporis proprij & alteri⁹: & in humoribus: & in rebus nõ partipãtibus vita siue concursu alterius rei transmutãtis nisi merito talis aut imaginationis aut cogitationis aut existimatiõis: & est hoc dominiũ tale vt p volũtatẽ talis ale fiant pluuie sterilitates & homo deijciatur ab equo & infirmetur & sanetur. Supponit primo Auicẽna imaginationem: cogitationẽ: desiderium: iram & similes dispositiones eẽ dispositiones principaliter anime: sed qñ est in corpe. Supponit secundo q tam ex istis motibus ale contingit corpus alterari q̃ econtra exalteratõe cõtingunt isti motus. Suponit tertio q alteratões corporales q̃ sequunt istos motus anime immediate ab illis ale accidentibus pcedunt. nõ enĩ videtur: q ẽ illud qd mediat inter imaginationẽ cadẽdi & motũ deorsũ. Suppõit qrto q iste forme ipresse i ala imutãt materiã cũ psens est ala: vñ si hᵉ forma fuerit (inqt) in ala mũdi imutare poterit vniuersaliter materiã corruptibilẽ: si aũt in ala pticulari imutabit materiã particulariter illi subiectam: qz plerũqz videmus ex imaginatione immutari materiã corporis cui ala pest. Supponit quinto alam humanam non esse impressaz materie: sed esse prouidentem illi & appriatam sicut nauta naui. Ex istis vt verbis Neotericoꝝ vtar posset sic argui. Quelibet humana anima corpore sano existente sufficit immutare materiaz corporis proprij: quia sibi dominatur: ergo anima humana nobilissima & fortissima propter cõstellationes poterit transcendere ad operandum in corpus alienum per solam imaginationem sine alieno medio. Secunda Auicẽne pbatio est ẽ p experiẽtiã fascinatorũ q̃ per solã imaginationẽ firmã: vt ipse vult: possunt alienũ corpus alterare. Et hic nõ vtitur Auicenna argumẽtis & suppositionibus Jacobi de Forliuio: id enim vt verbis neotericorũ vtar ad nimiã duceret in cõueniẽtia cũ dicit tertia eius suppositione: q mã mũdi est obediẽtior nobiliori principio q̃ minus nobili: & arguat: qz cõtraria agẽtia sunt minus nobiliora q̃ anima elenata: ergo magis obedit materia mũdi tali ale q̃ cõtrario. certuz est q simili forma argueret: q anima asini p suã imaginationẽ forti⁹ calefaceret q̃ ignis. Auicẽna nõ existimauit a priori demõstrare: vl ineuitabiliter nisi a posteriori cõuincere suam viã: & assignãdo causam effectuũ quos putabat p se notos: visuz est ei nõ posse aliter colorate dicere: vnde in hãc opinionem incidit Isigonus & Nephodorus teste Plinio in. vij. nãlis historie libro capite. ij. tradũt in Aphrica q̃sdã eẽ familias: quaꝝ laudatiõe intereãt pbata: arescant arbores: emoriãtur infantes. Esse eiusdẽ gñis i Triballis & Illyrijs adijcit Isigon⁹: q̃ visu q̃z effascinẽt & interimãt: quos diuti⁹ intueãtur iratis pcipue oculis: & hos pupillas binas in oculis habere: sũt vt aiũt hui⁹ gñis femine in Scythia Bithye appellate. Ueꝝ hec nõ imaginatiõib⁹: sz vel halitui oris pestifero: vel vapori venenoso q̃ ex oculis prodeat ascribenda: sicut accidit in his qui pestilentia sunt infecti. eorum nanqz anime constat vim insesse mortiferam: que & in alios contagio seuiens: et multiplicatione sui inualescat & serpat. hi nimirum qui effascinãdi vim habẽt nescio quid simile patiuntur: sibi in nostrum alijs letiferũ. Et ne videatur impossibile huiusmodi venenosos humores intra nos gigni: subijciam que Plinius libro. vij. naturalis historie capite. xv. de mẽstruo mulierũ: ex quo hũana corpora cõcreantur: enarret. Sic eniz inquit. Nihil facile reperitur mulierũ profluuio magis monstrificum: acescũt superuẽtu musta: sterilescũt tacte fruges: moriuntur insita: exuruntur hortoꝝ germina: & fructus quibus insedere decidũt: speculoꝝ fulgor aspectu ipso hebetatur: acies ferri prestringitur eboris qz nitor. Aluei apum emoriuntur: es etiã ac ferruz rubigo protinus corripit: odorqz dirus aera: & in rabiem aguntur gustato eo canes: atqz insanabili veneno morsus infigitur. sic Plinius. Aiũt etiam medici nostri pestilentiam non semper contagio fieri: sed humoribus atqz spiritibus in homine vitiatis: dirũ illud morbi insanabilis genus enasci. Quo fit vt nõ omnia in causas naturales sed quedam etiam inde mones quedam hoc est ea que vera sunt in bonos angelos & in deum sint referenda miracula. Potius igitur ex fide miraculum q̃ ex miraculo fides efficit dicit enim christus. Si habueritis fidez sicut est granum sinapis & dixeritis monti huic transi hinc transibit. fides autem vt quidam medici tradidere spesqz non dubia spiritum hominis iam ita percitum sistit in spiritu aereo penitus atqz firmat. Qd si quem admodum hippocrates & Galenus docent egrotantis amor fidesqz erga medicum inferiorem immo vero fiduciam hanc Auicenna plus inquit efficere q̃ medicinam. Uera autem fides duas peperit filias mortalem vnam: alteram immortalem. Spes mortalis est. Charitas immortalis: que sic ex fide oriuntur vt ex visu scientia. neqz enim sperari aut amari possunt que nesciuntur. Spes & charitas in amore consistunt & ambe sunt habitus rationalis appetitus que voluntas dicitur. ambe circa idem intente eodem fere opere exercentur. amant enim ambe et idem sed non eodem modo prosequuntur. Spes premium respicit. charitas bonitatem. Spes erat que dicebat inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternum propter retributionem. Charitas retributionem non respicit. amat liberaliter & mercedis respectu non habito & nihil solicita pro premio bona celestia que nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit. nec per scientiam capi nec per opinionem sic persuaderi valent vt sperentur celum enim sine fide quis sperauerit? Neqz etiaz vt diligantur. diligi autẽ voco q nõ solũ animo cõplectamur sed operatione quoqz psequamur qui ardens & efficax amor appellatur. De credendis autẽ scientia non habetur opinio nõ sufficit. fides que inter vtramqz sita est habet enim

firmitatem cum scientia et obscuritatẽ cũ opinione communem (cum sit in enigmate) sufficit ad ea persuadenda que sperari debent ⁊ amari. Et quatenus firma est adhesio tenus ea immortalis est: quatenus vero obscura est mortalis est. cum enim facie ad faciem deuz videbimus omnis tolletur perplexitas: omnis incertitudo omnis obscuritas: ⁊ reliquie fidei transeuntis in scientiam ille supererunt. Non miruz ergo si ex matre que duplici constat natura duaruz filie procreent: mortalis scilicet ⁊ immortalis. nam aliter fieri nec debuit forte nec potuit. oportet enim similem esse parentibus partũ ⁊ efficiens omne sollicituz est vt sibi quoad potest effectũ assimilet. Sed qui fieri potest inquies: vt ex imperfecta matre (Naz mancuz ⁊ imperfectum quiddã est fides) generetur charitas que matrem ⁊ sororem dignitate precellat: ipsa nãq̧ Paulo attestante non occidit. At fides ⁊ spes vertentur in aliud. Spes in rem. fides in scientiaz. Respondeo id ita fieri posse perspicuũ est: vt ex imperfecto seminis corpusculo arborũ surgat tanta proceritas: quãta est in quercu acere ⁊ populo. ⁊ id genus alijs arboribus. Acer populus. vel si hoc nõ placet sicut fieri potest vt ex visu: qui est brutis communis ⁊ homini generetur prudentia sine qua non consistit humana societas. Quod autem Auicenna dicit omnium miraculorum in natura rerum causas inueniri de veris miraculis falsum dixisse credimus quoniam scimus mira quedam a deo: a spiritibus etiam malis eque ac bonis: ⁊ a natura quoq̧ fieri posse: ⁊ quum fiunt a quo potissimum fiant semper ambiguum: concludimus ea que Auicenna miracula vocat non vera miracula esse: sed potius signũ fallax: quemadmodum ⁊ color in vrina: ⁊ in vultu obscuritas: vtpote que a pluribus causis prouenire solent: ⁊ a quibus proueniant: raro compertum. Tenemus enim antichristum dogmatum suorum impietatem miraculis roboraturum: quibus quottidie ne fidem adhibeamus admonemur quo innuitur posse ⁊ miraculis licet non veris sed quoad nos veritatem pre se ferentibus astrui falsitatez. Quod autem Christus dicit fecisse se quedam que nemo alius vnq̧ ante fecerit. Ideo vtiq̧ dixit: ꝙ alij miracula non propria: vt homines: ⁊ si propria non diuina sicut ipse fecit: virtute fecissent. non fuit ergo miraculoruz exhibitio sed vis exhibendi singularis in Christo.

¶ Veritas fidei detegenda est non per inanes fabulas cõtra Auicẽnam Erratum Quintum.



Apud eundẽ Auicennã multiferiã et quasi saltuatim atq̧ ex internallo occurrunt errores prope infiniti in theologia. in libris qui metaphysica inscribũtur: quibus membratiz metaphysica decurrit ꝑ peram legitur. Non debet autẽ legislator dicere vulgo se occultasse aliquid qđ eis non reuelauerit quia nõ oportet eũ eẽ facilẽ ad dicẽdũ eis aliqđ de ijs immo opz vt insinuet eis gloriã dei ⁊ magnitudinẽ eiꝰ aliquibꝰ nutibꝰ ⁊ ꝑabolis sumptis a rebꝰ q̄ sunt apđ eos gloriose ⁊ magnifice ⁊ cũ hec dicat eis ꝙ non est sibi aliquid aliud compar vel simile. Similiter etiã oportet vt affirmet eis id quod dicitur de promissione taliter vt possint imaginari eius qualitatem ⁊ desicant i eo aie eorum ⁊ vt felicitatis ⁊ terroris inducat exempla per que ipsi intelligunt ⁊ imaginantur. De eis veritatem autem huius non detegat eis nisi aliquid commune scilicet ꝙ est aliqđ quod nec oculus vidit nec auris audiuit ⁊ quod illis est regnum delectationis maxime ⁊ doloris est error eternꝰ hec Auicenna. Sed mirandum est de ipso Auicẽna dũ dicit de legislatore ꝙ veritatem non detegat legislator. Igitur falsus erit, legislator non propheta: qꝛ impossibile est inquit Ambrosius prophetam falli. Sed quia Auicenna quedam de suo legislatore mahometo inhonesta ⁊ maligna scripsit nolo mireris cuz scias hoc esse opus semper diaboli vt seruos dei mẽdacio laceret ⁊ (vt inquit diuus Cyprianus) opiniõibus falsis gloriosum nomen infamet vt qui conscientie sue luce clarescunt a lenis rumoribus sordidentur. Quare ⁊ de mahometo ⁊ de Aui. quecũq̧ tactãtur nec audias facile nec credas frater. Ergo in Alcorano mahometi ⁊ Auicenna mendaciuz est i ecclesia veritas. hanc tamen veritatem habuit primo synagoga que habebat eloquia dei. Est enim veritas ⁊ in veteri testamento que fuit ante populo iudeorum Notus enim in iudea deus: deus autem veritas est. Ergo in Judea veritas. Fuit igitur veritas in patribus Moyse ⁊ Jesu naue: in Samuel: in Dauid Helia Heliseo: ⁊ in illis septem milibus virorum qui non curuauerunt genua ante Baal. Sed quia posterior soboles iudeorum a patrum moribus deuiauit recessit ab illis veritas ⁊ ad ecclesiam venit recessit enim ab illis quando dixerunt de domino Jesu. Tolle tolle crucifige eum. Tradiderunt enim veritatem ⁊ elegerunt iniquitatem. Omnes ergo alie generationes veritatis exortes omnium hereticorum ⁊ mahumetensium generationes non tenent veritatem sola ecclesia veritatem pio affectu possidet quia generatio iudeorum que ante eam possidebat amisit. Dicimus ergo ⁊ quod dicimus credimus fidem christianam non per mendacia vt mahometica secta non per inanes parabolas vt vult Auicenna non per varias promissiones ⁊ corporeas voluptates vt alcoranus non per fallaces similitudines non a syderibus vt astrologi somniant sz adeo per mediatorem dei ⁊ hominum deum etiam ⁊ hominem Christum iesum conditam ab apostolis ꝓmulgatam miraculis confirmatam veritatem subnixam preditam honestate fultam ratione. Hanc ergo vt teneas hortor et moneo et repetens iterum ꝯmonebo. hec enim vita via est in celum recta et ꝯ breuissima ad illa sempiterna bona que oculus nõ vidit nec auris audiuit. Alie vero leges ambages sunt ⁊ fabulationes sicut dicit psalmus. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes sed non vt lex tua et alibi. Non fecit taliter omni nationi ⁊ iudicia sua nõ manifestauit eis.

¶ An liceat dare libellum repudij. et de diuortio contra Auicennam Erratum sextum.

In decimo tractatu capite quarto libri decimi sue metaphysice inscitissime peccat Auicenna. sic enim ait: Consuetudo non fit nisi diutina familiaritate: hec autem firmius debet esse ex parte mulieris ne habeat potestatem discendendi a viro quando voluerit. Ipsa enim facilis est ad irascendum et concupiscendum: vnde oportet vt liceat viro aliquando dimittere vxorem alioquin multa damna prouenient. poterunt enim talis nature esse coniuges: vt quo magis cogantur simul manere magis odiant se et proueniet inde maximum malum: aliquando enim erit aliquid inter eos quod abhorreat natura: et hec compellet eos querere alia coniugia: quoniam voluntas naturalis est. Aliquando vero coniuges erunt tales quod non adiuuant se ad generandum: sed si coniunguntur alijs generabunt. vnde oportet vt interueniat ibi separatio: sed oportet vt hec difficile permittatur: vt et nec eorum duorum fuerit stultioris sensus et magis peruersus non habeat hanc potestatem. Relinquatur autem arbitrio iudicis quousque cognoscatur causa discordie et tunc separentur ad hec vt vir persoluat aliquid mulieri: et preter hec quod melius est relinquere paci locum: et vt difficilius sic vt postquam dimissa fuerit non possit reuocari nisi prius alij nupserit quod cum scierit vir fiet ei difficile vxorem dimittere nisi fuerit vilis homo qui paruipendit verecundiam propter delectationem aliquam sed nos non curamus de huiusmodi hominibus. Iustum est autem vt mulier custodiatur: est enim parui sensus et deceptibilis et magne voluptatis ex cuius communione prouenit ignominia et verecundia maxima. Ex communione vero viri non prouenit ignominia: sed inuidia et ideo debent custodiri porte et cortine. hec Auicenna. Ex quo apparet quod in lege mahometea licet viro vxorem dimittere et ei dare libellum repudij. Iubet lex Moysi mulieri displicenti viro dari libellum repudij: et dimitti eam. et secundum illam legem licet viro vt alteram ducat. Iuxta hunc sensum vt scribit Origenes intellige accipientes iudeos libellum repudij: omnino derelictos a domino vbi enim iam apud eos prophete? vbi signa virtutum? vbi manifestatio dei? non templum: non victime: non alius quilibet cultus voluminibus legis expressus. Eiecti sunt de regionibus suis atque ita dedit dominus libellum repudij israel. An liceat vero nunc viro vxorem dimittere: an vxori dimittere virum? Quid huic petitioni respondendum sit: ex verbis saluatoris apud Mattheum: satis cognoscitur: sic dicentis. Omnis qui dimiserit vxorem suam (excepta fornicationis causa) facit eam moechari. et qui dimissam duxerit: adulterat. Et apud Marcum. Quicunque dimiserit vxorem suam et aliam duxerit adulterium committit super eam. et si vxor dimiserit virum suum et alij nupserit moechatur. Et similis sententia apud lucam habetur. quapropter adiungit Paulus apostolus. j. ad corinthi. vij. Iis qui nuptijs sunt addicti non ego precipio sed dominus: Mulier a viro non separetur: quod si separetur maneat sine viro: aut viro reconcilietur et vir vxorem non dimittat. Et quomodo separari potest vxor a viro vnica causa fornicationis est quod ex domino cognoscitur. Si vir fornicatorem causam habet vxor se separandi a viro: sed tunc non alteri nubat: sed sit sine viro nisi cum proprio viro reconciliatio fiat: ad quem liceat ex verbis apostoli redire. penitere enim eum potest: et immaculatum postmodum conseruare thorum. Similiter si vxor fornicatur causam habet vir dimittendi eam sed sine vxore sit: et illa sine viro nisi reconciliatio fiat: et vir propriam vxorem ad se reuocet: penitere enim eam potest: et fidelem postmodum in maiore humilitate: obseruantia et subiectione viri: inuiolatum cubile seruare. his ergo qui matrimonio sunt coniuncti precepit dominus ne separentur. vnde scriptum est apud Mattheum Quos deus coniunxit homo non separet. Diceret forsitan aliquis: contrarium videtur dicere Ambrosius in epistola ad corinth. j. cap. vij. cum inquit Ideo non subdit apostolus de viro sicut de muliere quia licet viro aliam ducere: quia inferior non omnino hac lege vtitur qua et superior. Respondeo cum magistro sententiarum et diuo Thoma a falsarijs esse appositum: et ideo nullatenus est tenendum septem casus sunt eodem Thoma testante in quibus vir non potest ob causam fornicationis vxorem dimittere. Primus quando ipsemet eam prostituit. Secundus quando ipse cum alia fornicatus fuerit. Tertius quando ipse ei occasionem fornicandi dedit: vt puta quando non vult reddere debitum. Quartus quando ipsa credens probabiliter virum mortuum alteri nupsit. Quintus quando violenter ab aliquo oppressa fuit. Sextus quando sub specie viri sui ab altero cognita fuit. Septimus quando fuit a viro post adulterium manifeste deprehensum nihilominus retenta. Solam ergo fornicationem excepit dominus ceteras omnes molestias iubet pro fide coniugij fortiter sustineri. Dederat enim iudeis deus propter incredulitatem cordis eorum. libellum repudij. sic et dedit Mahometes arabibus propter ipsius incontinentiam libellum repudij. viderat inquit Origenes deus preuaricationem israel preuaricatrix iuda que non seruauit pactum quod cum deo fecerat. Et vidit quoniam de omnibus in quibus mechabatur comprehensa est illa generatio. Dimisit eam deus et dedit ei libellum repudij. Et cum deberent Arabes ex his que illi passi sunt seipsos ad meliora conuertere: et inspicere quod illi propter peccata ducti captiui: et interfecti ab inimicis: et ciuitates eorum igni exuste sint et propter illa datus eis fuit libellus repudij. Cum itaque vt diximus hec in seipsis deberent arabes reputare quia si deus naturalibus ramis non pepercit: quanto magis nec arabibus parcet? Si illos qui de patriarcharum genere descendebant: sic propter peccata dimisit et dedit libellum repudij. quid arabes necesse sit vocatos ex gentibus et idololatris pati? nihil horum reputant. Si autem illi tanta passi sunt quanto magis ipsi peccauerunt peiora patientur in quibus mechabatur habitatio domus israel? Quapropter legant arabes: legant et qui Auicennam insequuntur veteris testamenti historias et prophetas et si quos iustificatos inuenerint: imitentur ea per que illi iustificati sunt. Legant euangelia et omne

nouum testamentum. legant apostoli Pauli epistolas vniuersas: et scribant in cordibus eorum viuentes iuxta precepta celestia vt non tradatur amplius ei libellus repudij: sed coheredes efficiantur cum christo Jesu. Cui est gloria et imperium in secula seculorum Amen.


¶ Erratum septimum Auicenne in persecutione fidelium et christianorum.



In decimo Metaphysice scaturiunt mende in persequendo christianos vnde capite vltimo inquit. Si autem aliqui fuerint inter eos qui in aliquo a lege discordent prius corrigantur vt resipiscant: quod si facere noluerint: occidantur. Debet autem tem intemperare penas grauissimas et cōtumelias non obedientibus regi in hoc mundo. Non enim omnis homo dimittit male facere propter id quod timet in futuro pro eo quod nocet. Hec Auicenna ex alcorano deprompsit. Sed dicito mahumetes postquam deus vt asseris totiens tibi dixit vim nequaquam propter leges inferas in capitu. iiij. et cap. xv. alcorani ab incredulis quidem nil mali seu contumeliarū illis inferas: licet illi per iram et insicientiam de deo male loquantur. Cuique namque gentium sua sibi placita formosaque videri fecimus: recede: ad deum autem cum redierint opera sua deo pandere cognoscent. et capitu. xix. alcorani dicitur quod non sunt gētes cogende ad fidem quia nisi deo volente nemo credere poterit: qui malos et indiscretos in sua sordicie dimittit. ibi de hoc plura. Et capi. lix. Nullam illis castigando vim inferas: sed tantum illis alcoram explana. et in alijs pluribus locis quomodo contra deum tuum qui tibi hec suasit presumis dicere desi precepisse vt incredulos capias interficias et spolies cogas credere aut tributum soluere? deo magnam facis iniuriam et contumeliam apud quem coacta seruitia vilia sunt ideo vult seruitores ex sua libera electione sibi fideles et credulos. Tu dicis cap. xix. deum tibi dixisse. Contradicentibus dicito: vt sibi sua sint negocia. tibi tua: non dicit quod violentiam eis inferas. Alibi ais tales contradictiones iudeorum christianorumque et aliorum in die vltima diffiniri. Alibi introducis deum te laudantem de pietate et mansuetudine quomodo te talem facto non manifestas et dei testimonium falsificas? quid est hoc quod deum tuum totiens sibiipsi facis aduersari quotiēs tu sententiam mutasti? In cap. xxv. ais post fidem habitam incredulus vi coactioneque factus fidem legemque corde suo retinens non damnabitur sed hec sponte faciens etc. Scis enim christianos fidem vnius dei habere sine participe seu alio deo. et ideo secundum te creduli sunt: ideo et si coacti tibi videntur consentire corde tamen christiani manent. tecum ergo non damnabuntur. Cur igitur christo in christianis intantum aduersaris: quod eos persequeris quos nō negas in sua lege saluari? Fuerunt christiani ante te: et Christus possedit in suis fidelibus huius mundi magnam partem constantissima obedientia vsque ad mortem infinitorum dei martyrum. Cur persequuntur tui sequaces christum: vt auferant acquisitum populum? Confortamur autem per euangelium cui post tot approbationes iniuriaris: vbi ait Christus. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cum maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint: et dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me: gaudete et exultate quoniam merces vestra copiosa est in celis. sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos. Ecce hec est consolatio nostra in omni tribulatione et angustia quoniam de morte transferimur ad vitam eternam. Sed postquam mahumetes vidit se deficere in veritate et mendacia que ex testamento et euangelio allegabat rudi et ignoranti populo non posse diu occultari christianis et iudeis hoc verum negantibus: cum nec in ambabus nec in altero librorum siue testamentorum allegatorum mentio fiat aut nominetur. Mahumet: ad arma se transtulit et populo dixit: Jussit deus me gentes gladio expugnare donec testificentur: quod non est deus nisi deus et quod ego sum nuncius eius: quod si hoc fecerint consestim saluabunt sanguinem et pecuniam suam. Terrore igitur percussi multi mandato paruerunt et salui facti sunt a sanguinis effussione. et rapina. et nominabuntur saluati seu musselmanni. Et attende quomodo sepe se solum natiuum arabum nuncium qui prius prophetam non habuerunt asserit. Deinde generaliter dicit capitulo prophetarum deum dicere non misimus te nisi ad vniuersitatem gentium in hoc vt in alijs contradictionem deo suo tribuens. Est igitur vltima resolutio probationis omnium que in Alcorano leguntur gladius. Sic enim in capitulo prophetarum in alchoram scribitur de Mahumet. dixisti somnia et blasphemias concinnasti vel forte poetizas. venias saltem cum miraculo vno quemadmodum nunciij priores. Respondit destruximus inquit deus ciuitates ante eos que non crediderunt. nec etiam vos miraculis crederetis nisi per gladium etc. more suo deum iussisse dicens violentiam hominibus inferri faciens deum quem sepissime scribit coactionem et violentiam talem sibi inhibuisse mutabilem. varium et mendosum. Concludamus igitur. Alcoranum esse obscurum inordinatum tenebrosum mortiferum et intellectuali nature abhominabile licet bestialitati et animalitati que est de hoc sensibili mundo sapidum videatur.

¶ Liber secundus. Annotationum in Auicennam continens in medicinis dubia in quibus a doctoribus non tenetur medicis.

¶Dubiũ primũ de natura piperis & Scamonee.



Apud Auicẽnam multifariam & quasi saltuatim atq; ex interuallo occurrunt dubia prope infinita: ex quibus insignia quedam maximeq; notabilia opere precium sit attigisse. In secundo canone inquit paucum piperis prouocat vrinam. et multum eius soluit ventrem secundum contrarium scamonee. In oppositum sunt Serapio & Aristoteles. vnde serapio aggregator libro questionum. Si quis vtitur multum pipere prouocat vrinam: & si vtatur eo parum facit humectare ventrem: sed scamonea est contraria in hoc. proprius enim actus piperis est prouocare: scamonee vero soluere. Unde Aristoteles. Aut quia vtrunq; vtroq; est mobilius: piper quidem diureticum: scamonea vero deorsum ferens improprius autem actus piperis est soluere & scamonee prouocare in quos etiam alteratis potersit quantitatibus. Itaq; multum piperis prouocat parum autem soluit secus vero euenit in scamonea. ppter ergo huiusmodi rationes dicendum q̃ Auicenna aut praue seu mendaciter extat expositus: vel q̃ aliter multam & paucam audiuit q̃ Aristoteles q̃titatem diuersificando secundum mediocrem & maximam.

¶Dubium secundum Auicenne de febre sanguinis.

De febre sanguinis Auicẽna contra Galenum gratis proteruit. non enim sufficit ei hunc irrationabiliter reprehendere. verum & sermonem eius mendacium continere ait purum. Et simile in ipm adducit nono animalium eum inquiẽs olfecisse me dicatem vniuscuiusq; rei & sciuisse multum de ramis sed radices ignorasse sciẽtie. Cuius quidẽ seriem quarto p̃ima opinat' est Galenus non fieri febrem sanguinis ab eius putredine: eo q̃ sanguis cum putrescit fit colera & nõ permanet sanguis. Fit ergo tunc febris colerica & non sanguinea: fitq; causon: & tertiana & curat ipsam curatione causonis & tertiane. Deinde Auicẽna sermonem impugnans contrarium fore hippo. & veritati non conuenire. Assumit enim hanc orationem. Sanguis quando putrefit fit colera. Et dicit q̃ ex ea potest duplex capi intellectus. Quorum vnus est q̃ post putredinem iã factam sanguis conuertatur in coleram. Alter vero vt in ipso fieri putredinis hoc contingat sicut nomẽ sapit hic magis alterationis & putredinis. Testor quoq; Auicẽnam minus sufficiẽter considerasse ac superficie tenus sermonem Gal. & ideo magis gratis ipm cõdemnasse non em simpliciter id esse asserit Galenus: sed cum modificatione quadam. ipse enim arctius suscipit sanguinem q̃ Auicenna: quare celeri' potest in coleram permutari. Auerr. licet occultius idem videtur cum Galeno dicere in tertio nãq; colliget cap. de febre sanguinis. Febres inquit sanguinis g̃nantur propter ei' exitum extra naturã in quãtitate aut qualitate: sed eius exitus in qualitate debet esse paucus: quoniam quando erit multus: tũc debet egritudo attribui nomini illius egritudinis ad quã declinat & illi cui dominatur manifeste hoc est quia quando nimis inflammatur debet attribui colere. De hoc quoq; quarto eiusdẽ febris sanguinis infit. Typum non habet eo q̃ sanguis ipsam faciens est in venis. Excepto si fieret propter apostema nominatum flegmon: quod in mẽbrorũ aliquo foret generatum principalium: velut in epate & diaphragmate. Tunc enim in hac febre paroxismi erũt tertiani similes colere paroxismis: quia quando sãguis supercalefacit ad naturam colere declinat: et ideo in tali febre non est differentia inter febrẽ colericaz: cuius materia est intra venas & istaz nisi in magis & minus. Dico ergo ipse q̃ cum magis & minus speciez non variet q̃ ista febris sãguinis erit tã dẽ eadẽ spẽ cum colera: cum sanguis fuerit cõuersus in coleraz. Dicit & denuo. Et verba Galeni varia sunt in febre sangui. quia aliquando dicit q̃ est colerica continua & aliquando q̃ est aliud a colerica & q̃ non debet attribui colerice nisi quia non habet putrefactionẽ perfectam: quoniã natura istius febris est media inter febrẽ dieri & febrem putridaz. Septimo siquidem colliget capi. de curis febrium arsiaruz: due sunt species febris sanguinis vna dũ sanguis nondum est putrefactus: et alia dum sanguis iam putrefieri incipit. Signanter eniz dicit dũ incipit putrefieri quia procedens in putredinẽ trãsmutatur in coleram & eius febrem. Sic igitur velut q̃ sanguis non multum in putredinem mutatus febrem causet sanguineam. cum vero vehementer in coleram conuertitur febrem inducet tertianaz. Sic itaq; exposita est recta Galeni intentio quam Auerrhous imitatur. Et defectus vt doctissime scribit Aponensis manifestus est Auicenne qui fortassis satyrico intellectu alteram solum respectiuolens dẽte leonino lacerare medicorum principem Galenum licet in pluribus locorum ipsum se illius fateatur interpretem.

¶Dubium tertium Auicẽne de Conio vt Cicuta.

Auctores medici in dictione Cicute potissime adinuicem dissensere et maxime Auicenna cum Galeno. Cuius quidem fortassis duplex potuit esse causa: vna quidem quia priorum pauci videntur Conion cicutam audire. Arabes vero plures ipsum iusquiamum esse putant. Unde primo & tertio pharmacorum vbi in coni greco conion habet Arabs iusq̃amũ transtulit: & vbi secundum Arabem habet Galenus in predictis q̃ iusquiamus est cibus turdis et hominibus venenum: Auicenna secunda prima napellum subscripsit Quarto vero sexta amplius hesitans inquit; Galenus dicere et in simplicium tertio q̃ Afarsas: et estimo ipsum esse napellum aut venenum interficiens. interficit enim homines et non turdos cum propter ipsorum venarum angustiam ad eorum corda non perueniat nisi vehementer alteratus: in homine autem secus cuius causa vera notatur complexionum tertio ex proportione agentium adinuicẽ & patientium: et ideo Auicenna hanc ab eo secundam suscipiens causam sibiq; tanquam sui tiue attribus

tam sileat de priori. Et dico q iste modus est quidā innuēs quasi Gal. defectū. Quam quidē causā haliabbas .ij. pquirēs practice arti nō nocet quoniā cicuta vbi grece scribitur conion holes infrigidat: vt merulos infrigidet: illis enim cibus. Sicut nō expedit elleborū cum cibus sit turdorū: holes etiā esse: vbi Cōstantinus transtulit iusquiamus nō occidit passeres imo eos nutrit: non ē necesse holes ex elleboro siue veratro nutriri sicut coturnices. vnde Gale. iij. cōplexionum cuius conatur seriē iterpretari: Coniū iaro quidē idest turdo cibus pharmacū vo homini: et otistio elleborus cibus pharmacum vero homini. Qd dissone igitur seriē interpretatur Gale. similiter Auicen. recitatis multis oppositis opinionibus de succarā quid extractandē coincidit cū dia scoride in conion sermones recitans eiusdē De quo equidē haliabbas practice scdo. Succaramū ē dormitans letale ex frigiditate siqs ex ipso in vino modicum acciperat soporat. Dicunt etiam quidā q succaram est spēs iusquiami sicut dictū fuit de conio. Quicquid tamē sit ipsum frigidum videtur et venenosum. de ipso vide petrum aponēsem tertio pblematum: et in consiliatore dfa. ci. pariter de cicuta vide eundē dfa eadē nā constātinus ponit eā calidā et siccā in tertio gradu. Similiter Auerrhous colliget. iij. Aponēsis vero dicit q cicuta terrestris calā est et sicca et illius opinionis fuere cōstantinus et circa instans platearij. Democritus cicutā estimauit esse modum iusquiami quēdam et ponit ipsam frigidam. Cicuta vero aquatica indubitanter est venenosa et pestifera quā putat Aponēsis frigiditate magis occidere q caliditate.

¶ Dubium Quartum in Auicēnam de natura Coriandri.

Auicēna de coriādro et q est frigidum et aridū. Galen' tamē hippocrates Isaac et Auerrho'. v. colliget ponunt ipsum calidum compositū ex substātijs contrarijs: hoc est ex substantia amara: et substantia aquea: et stiptica: et secundū hoc facit diuersas operationes. et sic Auerrhous tenet cum' Galeno et Isaac contra Auicennam. Proprietas coriandri est prohibere vaporē a capite: et propter hoc ponitur in cibo patientis epilentiam ex vapore stomachi et confert etiam vertigini facte a vapore colerico et flegmatico. Multa tamē eius comestio gñat tenebrositatem visus confert tremori cordis calido est tarde digestionis et confortat stomacum calefactū et sedat eructationem aridam post cibum Aliqui ex nouitijs auctoribus dosant couandrum a. vj. granis ad decem in auctore tñ famoso non legi.

¶ De saphati et remedijs ipsius Dubiū Auicenne Quintum.

Auicenna ijsdē remedijs vtitur ad saphati quibus Paul' egineta ad lichenas siue ipetiginē stercore scilicet lacerti et stercore turdorum propric comedentium Orizam quius Paulus aues illas vescentes oriza non turdos sed sturnos potius nominet de quo Arabum ac precipue Auicenne errore turdos pro sturnis sepe ponētium superius diximꝰ. Qd vero Auicēna etiam saphati pro tinea non modo sicca velut aliquando Rasis sed etiam humida facia scilicet cimia et chimolea charta combusta cū aceto et gummi pini cum balaustijs et aceto et oleo rosaceo. hec enim omnia fere Paulus egineta ad fauū idest cuiusdam speciei tinee humide ita nominate adhibet curationem. Apud Auicennam omnes saphati species sunt cutis capitis passiones. nam saphati incipiens que est (vt Aui. inquit) bothor parue fixe leues diuise in numeratione locorum. deinde exulcerātes nihil aliud sūt nisi exāthemata idest pustule quas scribit Paulus rubidi esse coloris et aspera summā capitis partem exulcerantes. Sirengi vero que est spēs saphati humide apud Auicennam est fauus apud grecos ad quā (vt diximꝰ) Auicenna scribit eadē remedia que Paulus in sirengi apud Auicēnam esse deprauata. sicut forte in balsciati siue vt alij scribūt Raciati alterā saphati spēz. Sunt autē vt Paulus atq Alexander exponūt pustule sup cutē capitis eminētes.

¶ Multa nomina herbarum deprauata apd Auicennam Dubium Sextum.

In secundo Auicenne volumine scribitur chochium prophoca idest vitulo marino. Cheichē pro caucamo idem gummi quodā odorato. Alira ficus pro asteratticus idest herba inguinaria baesthe pro becio idest tussilagine. bilonium pro pelio bebilili pro peplo herbis earūdem virium. Altera tamen portulace hortensi altera ruthe similibus: quequero pro cenchro idest milio. sucutum p symphito idest consolida herba. Tesisie prothapsia et mille alie grecorum verborum corruptiones inueniuntur quas vix puto intelligi posse sine auctorū grecorum qui medicinam posteris tradere cognitione quando et Auicenna tantus alioqnin medicine magister in eis caligat aliquando vt cum tesisie idest gummi ruthe agrestis quid nullis inuenitur et ponit. Scutum vero semperuiuam: vel speciem seminis mandragore secundum duas opiniones vtrā q tamen falsam interpretatur. Qua quidem nominum obscuritate nescio quid possit esse in medicine opere periculosius: quando ex ea non modo alterū p altero morbum curari: sed alia etiam p alijs remedia exhiberi contingat. Quo circa nunq̄ satis laudari possent Alexander Benedictus veronēsis nostri amantissimus et Nicolaus Leonicenus vincētinus viri non minore ingenio: q doctrina: qui sua industria omnē grecorū sapiētiā philosophiā oratoriam et medicinam etiam in numerosis voluminibus curant imprimēda.

¶ De Altoim bubone Dubium. vij.

Auicennam voluisse libro quarto vbi de altoij scribit de hoc tumore agere qui pcipue in inguinibus nascit facile contecturabitur vnusquisq qui inuicem verba Auicenne de Altoim et Pauli de bubone contulerit. Sunt enim quasi eedem medicine quibus Auicenna curat Altoim: et Paulus bubonem nisi q Paulus multo rectius eandem curationem distinxit. Nam cum duplex sit bubo: alter qui fit a causa primitiua (vt vtar verbo apud medicos iuniores perusitato) atq ideo ex sanguine non ne-

cessario maligno: alter qui fit ex materia venenata tempore presertim pestilentie: in primo quidē bubōe inchoante Paulus vtitur refrigerantibus atq; adstringentibus medicamentis: veluti spongia ex posca & lana & vino: & oleo acerbo vel rosaceo: vel melino id est pomo vel lentiscino vel myrthino: nullum enim ex his in tali bubone periculum imminet: vt quilibet medice artis peritus intelligit. Auicenna vero nulla adhibita distinctione hec eadem remedia: & alia ex repercutientibus adhibet in principio altoim: id est bubonis pestiferi: quibus nihil possit esse in hoc malo periculosius. Neq; vero illud satisfacit: quod nonnulli de hoc genere medicādi dubitantes dicunt in Auicēne excusationem ꝙ videlicet Auicenna voluerit non super ipsum Altoim: sed potius partes ipsi vicinas: ne corruptio perambulet eas quas diximus imponi medicinas repercutientes. Ego enim in hoc genere morbi prestare semper opinor nō solū ad locum affectum: sed etiam proxima tabem pestiferam quantum fieri possit euocare. Si enim a locis circūstantibus repercutiatur: quantum extrinsecis partibus hoc est ignobilioribus mali depelletur: tantum ad intrinseca: & plerunq; letalia detrudetur: cum illud quoq; in pestilentia sit obseruatum quanto plures cutis exterioris partes afficiuntur tota virosa foras prodeunte: tanto minus subesse periculi: sicuti vbi vnum solum locum carbunculus occupauerit: egri salus pene est desperata. Quod vero Auicenna & si non in curandi ratione: saltē in eo cum Paulo conueniat ꝙ sicuti hic bubonem ab anthrace ipse Altoim a pruna seiunxit: non tamen aque constat apud Auicennā ex qua materia pruna: vel ignis persicus oriatur cum videatur quandoq; Auicenna non solum a Paulo atq; Galeno sed a seipso pariter de hisce morbis scribens dissentire.

¶ De anthrace & igne persico dubiū. viij.


GAlenus quem Paulus Eginita sequitur ait Anthracem ex sanguine melancholico feruente generari: atq; ideo a pustula aliquando incipere: aliquando sine hac: deinde quandam attolli pustulam qua disrupta similiter vlcus crustosum fit. Eadem fere de pruna: vel igne persico quodam in loco scribit Auicenna libro quarto inter initia fen tertie capite de apostematibus & pustulis in hunc modū. At vero ex sanguine grosso malo fiunt species exiturarum malarum: nam si eius malitia vehemens fiat: & ipsius cōbustio proueniet herisipila: & eueniet combustio: et crusta: & deterior est ignis persicus. hoc in loco Auicenna de igne quidem persico videtur cum Galeno consentire: siquidem ignis persicus in idem genus coit cum anthrace de quo Galenus agit libro. xiiij. artis curatiue quemadmodum ex ipso constat Auicenna: qui libro quarto capite de vlceribus ait vlcus corrosiuum ignem persicum a Galeno nominari: vt etiā ex multis translationibus constat: que anthracē ignem sacrū: vel persicum interpretantur.

¶ De herisipila & pustulis corrosiuis. dubium. ix.



e herisipila Auicenna aperte a Galeno discordat: qui vult herisipilam non ex sanguine crasso: qualis est melancolicus: sed potius tenuissimo generari: vt constat ex eius verbis libro secundo artis curatiue ad glauconē de vero herisipilate scriptis. postmodum vero Auicenna in eo quarti libri capite quo de pruna: atq; igne persico tractat: licet easdem fere notas in pruna: atq; igne persico scribat: quas Paulus. ac Galenus in anthrace: siue carbone pustulas s. corrosiuas facientes accidere escaram: qualem facit accidere combustio: & cauterium: vult tamen tam prunam: ꝙ ignem persicum ex colera citrina generari: que si verba eius attendamus ex sanguine colerico originem traxerit. Materiam itaq; prune vel ignis persici apud Auicennam esse coleram citrinā ex colerico sanguine genitam indicant ipsius Auicenne (vt nuper diximus) verba que ita se habent. Et vnusquisq; amborum tam scilicet pruna: ꝙ ignis persicus est de colera citrina adurente permista melancolie.

¶ De phlebotomia vsq; ad syncopem in cura herisipile ignis persici & prune dubium. x.



n cura ignis persici prune & herisipile Auicenna precipit fieri phlebotomiam: aliquando vsq; ad syncopem: vt sanguis colericus euacuetur: qui quidem curationis modus nescio quantum rationi vel etiam ipsi Auicenne conueniat: qui sanguinem esse frenum colere vbiq; insinuat: & primo libro cauendum esse admonet: ne superflua sanguinis missione egrum ad humorum colericorum ebullitionem perducamus. Quare si eius alijs in locis doctrinam sequimur in morbo ex colera superante: seu sanguine colerico facto phlebotomia non competit: vel nō tanta: vt ad syncopem vsq; perducat: nam & Galenus ipse qui tam audaci remedio astipulatur: non nisi in tribus dispositionibus vsq; ad animi defectum sanguinem detrahit: vel scilicet in maximis flegmonibus: vel febribus ardentissimis: vel doloribus vehementissimis. Quarum nulla adest in eo: de quo disserimus morbo. si enim sanguis colericus sit superabundans: quod esse in igne persico innuit Auicenna: non flegmones faciet: sed potius herisipilas etiam exquisitas: vt inquit Galenus secundo artis curatiue ad glauconem: vbi inter flegmonem: atq; herisipilas ponit differentiam veri autem herisipilatis calor immodicus: vt Galenus sentit libro. ix. artis curatiue non aliter ꝙ aqua frigida epota curatur. Sic & quecunq; alie febres ex colere vel per se vel sanguini miste feruore generantur nullum magis presentaneum habent remedium ꝙ frigide aque potionem. vnde Auicenna tam in curatione herisipile: ꝙ etiam causonis visus est dubitare: an in eis sanguinem mittere oporteat: nedum iusserit ad syncopem vsq; profundi: hoc enim remedium in his solum febribus conuenit: que ex multo sanguine vel ebulliente: vel putrescente generantur: quales ille

sunt: que proprio nomine synochi nominantur: sed neqꝫ propter intolerabiles dolores (hi enim in hoc morbo non absunt) tanta sanguinis detractio est facienda: qꝫ si etiam adessent: distinguendum forte: vt inquit Galenus in expositione aphorismi. Que egeruntur non multitudinem considerare oportet an phlebotomia: vel potius purgatione sedari deberent: nihil aliud ex his verbis insinuans: nisi qꝫ vbi humor alius a sanguine faceret sua vel qualitate: vel quantitate dolorem purgationem esse preferendam: quod videmus eundem Galenum in omnium morborum precipue colericorum curatione vbiqꝫ obseruasse adeo vt in commentarijs libri secundi de humoribus etiam in pleuritide: cum sit ex humore colerico damnet phlebotomiam: quam tamen plus in hoc ꝙ̄ in vllo altero morbo alioquin videtur probare. Apparet enim et ipsum quemadmodum etiam Auicennam nimiam humorum colericorum inflammationem vbiqꝫ euitare ꝗ̄uis hanc ignis persici curatione Auicēna non cauerit docēs aliquando in ea vsqꝫ syncopē sanguinē euacuare.

¶ De scalpellatione in pruna vel igne persico dubium. xj.



Auicenna in pruna vel igne persico prohibet scalpellationem profundā: quando materia est decliuis ad coleram his enī & ipse vtitur verbis: et tamen capite vbi agit de formica suaserat ex Galeni consilio extirpare formicā cū aliquo quod sit sicuti embula: extremitas pēne: aut alteri⁹ rei: cuius extremitas sit acuta: quā possibile sit deglutire formicam. Atqui hec extirpatio formice si diligenter inspicimus: multo est violentior ꝙ̄ scalpellatio: vt si hanc timet Auicenna: quando materia est decliuis ad coleraꝫ: multo magis tale aliquid facere debuerit formidare in morbo ex materia non decliui ad coleram sed mera colera vt ipse opinatur procreato. Ego quideꝫ puto Auicennam modo salua tanti viri reuerentia dicere liceat morbos etiaꝫ natura distantes: atqꝫ eorundeꝫ curationes plerunqꝫ confundere: vel vt eisdem vtar verbis: que ipse solet aliquando in aliorūꝫ reprehensione vsurpare: capitulū in capitulo ponere: quā quidem confusionem videtur in tribus capitib⁹ de herisipila de formica: et de igne persico se consequentibus precipue fecisse.

¶ De tribus capitibus videlicet herisipila: formica & igne persico male ab Auicenna ordinatis dubiū. xij.



Auicēna capite quo agit de herisipila inter ceteras hui⁹ morbi notas hāc et pōit: qꝫ cōburit: et sua virulentia vesicat. hec autē (vt ita dixeriꝫ) vesicatio magis propria est alteri morbo. de quo agit in sequenti capite: quem ipse formicam miliarem. Paulus vero et Galenus herpetem cenchriam: id est miliarem ea potissimum nominant ratione qꝫ serpit: atqꝫ in cute vesicas: siue pustulas milio similes excitat. sed etiam medicine ipse quas adhibet Auicenna ad herisipilam super cuteꝫ existentem sunt que a Paulo scribuntur ad formicam miliarem siue (vt eius vtar verbis) ad herpetem vesicosum: vl' pustulosum. hec enim sunt Pauli verba Ad herpetem vesicosum scoria plumbi ex vino austero contrita mox illita cataplasma ex folijs Bete in vino decoctis superimpone. Auicenna autem ad Pauli (vt videtur) imitationeꝫ ita scripsit. Et si fuerit herisipila super cutem curetur ex scoria plumbi cum vino pontico: cum folijs sicle bullite cum vino. Modus autem loquendi Auicenne non paruam potest diligenter inspicientibus facere dubitationem: cum enim inquit: si fuerit herisipila super cutem: videtur ex his verbis innuere posse etiam aliter ꝙ̄ super cutem fieri herisipilam. Atqꝫ Auicenna superi⁹ inter flegmonē atqꝫ herisipilam faciens differentiam ita scripserat. Et apostema herisipile non fit nisi in eo quod apparet de cute. Quare nisi hec dubitatio soluatur: non parua suspitio relinquitur qꝫ medicine: quas hoc in loco ad herisipilam scribit Auicenna: alteri potius morbo hoc est formice miliari conueniunt. Sed et verba sequentia Auicenne hoc ipsum apertissime monstrant. nam statim subinfert. Et curetur cum eo: in quo est resolutio et exiccatio fortis cuꝫ l' frigidatione. Nemo autem nescit nisi qui tritum illud in medicina principium etiam ignorat: contrariuꝫ. scilicet contrarijs curari: herisipile morbo calido et sicco fortiter exiccantia non competere. Quod ipsum Fulginas Gentilis animaduertens inquit Auicennam hic dupliciter intendere qꝫ ponit absolute medicinas que competunt in statu secundo: qꝫ hic posuit medicinas: que competunt in herisipila vlcerata: que sunt nimis fortis exiccationis. Nos vero ex hac ipsa responsione illud confessum habemus: quod contra Auicennam probare nitebamur: eas sciliꝫ que hic ponuntur ab ipso medicinas non herisipile: de qua agit in hoc capite sed alteri potius de quo tractat in sequenti formice. scilicet vel miliari: vel corrosiue conuenire. nam herisipila vlcerata nihil aliud est: nisi herpes excedens apud Galenum vt idem Galenus libro. xiiij. artis curatiue testatur. herpes autem comedens est formica corrosiua siue vlcerata apud Auicennaꝫ. Quod vero non differat herpes comedens de quo agit Galenus a formica corrosiua de qua scribit Auicenna videre licet ex his que Auicenna quidem de formice corrosiue. Galenus vero de herpetis comedentis curatione eadem ambo precipiunt. Hec enim sunt Auicenne verba. via autem secundum quam curatur formica est vt ea que ex ipsa est corrosiua alienetur ab humectatione quam iam administrasti in herisipila: humectatio enim non est conueniens in vlceribus. Galenus quoqꝫ a quo sumpsit Auicenna in eandem fere sententiam scribit libro secundo artis curatiue ad Glauconem in hanc sententiam. Herpetes quidem ꝗ̄tum ad totius corporis curationem simili modo: quo herisipilata curare oportet. ꝗ̄tum vero ad locum ipsum affectum non etiam similiter omnes. qui enim exesi sunt refrigerari quidē deside

rant sicutis alij atq herisipilata non tamen ea medicamenta que preter id qđ refrigerant etiaz humectant patiuntur sed ea sola ex refrigerantibus que simul exiccare possunt admittunt. Hic Galenus sicuti Auicenna in cura formice corrosiue ita in curatione herpetis comedentis prohibet humectatiõez quaz tamen in herisipilatis probat atq ideo idem Galenus subiungit. Non igitur neq lactucam: neq polygoniuz: neq ex stagnis lenticulã vel palustrẽ lotuz: vel anthyliuz: vel psiliuz: vel portulacaz: vel intybuz: vel semperuiuaz: vel tale aliquid quod possit humectare que herisipilatis erunt opportuna oportet adhibere. Sed hic non paruus remãet scrupulus quia has ipsas herbas vel magnaz earũ partez in principio formice corrosiue probat Auicẽna ita scribens. Et administra in principijs eius scilicet formice corrosiue sicuti lactucaz ⁊ venupharẽ: ⁊ semperuiuaz ⁊ volubilez ⁊ portulacaz: vt videatur Auicenna sibiipsi manifeste repugnare. Si enim vt ipse paululuz supradixerat ea que debetur herisipile humectatio fugienda est in curanda formica corrosiua cur postmoduz lactucã semperuiuaz ⁊ portulacaz quas Galenus lib. xiiij. artis curatiue ad herisipile quidez laudat curationez: Libro vero secundo ad Glauconez propter earuz humiditatez in herpete excedente censet euitandas statiz Auicenna in formice corrosiue principio cõmendat vel iubet administrari. Non solas inquit Gentilis qui hãc in verbis Auicenne repugnantia visus est animaduertere sed cuz alijs exiccantibus mixtas vtputa lenticulaz que est frigida et humida cum semperuiua que est frigida et sicca: q̄ꝗ̄ idez Gentilis non de formica corrosiua sed ambulatiua in qua sicuti in qualibet alia formice specie secunduz ipsuz aliqua est vlceratio atq ideo humiditas que debet exiccari moueat dubitationez Quapropter non puto q̄ Gentilis crediderit euz fuisse Auicenne intellectuz quez excusare nititur: illud nunc probasse sufficiat Auicẽnaz herisipilaz pro formica et formicaz pro herisipila non sine magna confusione accepisse quandoquidez que erant herisipile remedia refrigerantia scilicet atq humectantia eadem formice corrosiue accõmodauit que vero formice cõpetebant vel corrosiue vel miliari multuz scilicet exiccantia hec retulit ad herisipilaz. Huc vero taz multa que diximus de Auicẽna multos i vnũ morbos ꝯfundẽte ola tẽdebãt vt ostẽderem⁹ ipẽz sili atq aliquãto maiore i pruna ⁊ atq igne psico visuz fuisse ꝯfusiõe neqs forte suspicetur nos in taz longis digressionibus ea que nihil ad propositũz nostrũ pertinerent conquisiuisse. Necessariuz tamen habuimus antea ostendere q̄ non constaret apud Auicennaz quid esset ignis persicus. aliquando eniz ex sanguine crasso et melancolico inquit generari vt etiaz antea admonuimus aliquando vero ex colera permixta melancolie: et nunc ignez persicuz idez genus facit cuz pruna vt cũ inquit: hec duo nomina fortasse absoluta sunt super omnez pustulaz corrosiuaz vesicantez adurentem: facientez accidere escaraz qualez facit accidere cõbustio et cauteriuz. nunc vero diuersificat vt cuz inquit prunã eẽ magis melancõlicam ignez vero p̄sicum magis colericuz quandoq trahit ipsuz ad formicam comestiuam vt cum ita scribit et quandoq absoluitur nomẽ ignis persici de illis super quo ẽ illic pustula de genere formice comestiue adurens vesicans. quandoq ad formicam transfert miliarem: vt cum scribit in hunc moduz. Et quandoq sunt cũ formice speciebus et miliaris male febres vehemẽtis caliditatis perniciose. Quasi apud ipsum Auicẽnam ignis persicus et formica miliaris non differant neq multuz referat vtrum ignis persici vel formice miliaris signa manifestet. et sane diligentius intuenti formica miliaris et ignis p̄sicus nihil aut parum admodum differunt apud Auicennam sunt eñ in vtroq vesice milio similes veluti Rasis. paulus: atq Galenus lib. xiiij. artis curatiue consentiunt. Qđ si Auicennam sequimur non modo forma sz ẽt materia eadem in ãbobus morbis reperitur: quoniam tam ignis persicus q̄ etiam formica miliaris secũdũ Auicennã fiunt ex colera permixta melancolia.

¶ De elephantiasi et lepra. Dubium decimũtertiũ.




Llud admonendũ est aliud morbi genus significari verbo elephantiasis in libris arabum aliud in libris grecoruz. Auicenna siquidẽ atq rasis elephãtiasim pro morbo accipiunt. in quo pedes et crura supra modũ intumescunt. Paulus ac Galenus: omnesq greci auctores in eodẽ verbo morbuz intelligũt: quẽ Auicẽna ⁊ medici iuniores leprã appellant. Ut igitur ad rem ipsam pprius accedamus. Elephãtiasim apud grecos: esse apud arabes: ⁊ iuniores medicos leprã ita demonstrat. Elephãtiasis auctore Paulo est cancer totũ occupãs corpus: vnde idẽ Paulus egineta inquit. Si cãcer vnũ tantuz mẽbrum infestans tamẽ scđm Hippocratis sentẽtiã insanabilis est: quãto magis elephas qui cãcer quidam est vniuersalis omnem curationem superabit. Eandem sententiam scribit libro quarto Auicenna his verbis. Et cum cancer qui est lepra mẽbri vnius de illis quibus non est sanatio: q̄d dicemus ð lepra que est cancer totius corporis? Idem dixerat Auicẽna circa initia eius capitis: in quo agit de lepra q̄ videlicet lepra ẽ sicuti cãcer cõmunis toti corpi. Sz ⁊ eorũdem humorum vitio generari elephãtiasim Paulus censet ⁊ Auicẽna lepram et quẽadmodum Paulus minus malam elephantiasis speciẽ statuit que ex quadam veluti fece sanguinis supassa ortuz habet alteram: que a flaua bile aque retorrida sit deteriorem: sic ⁊ de duabus lepre speciebus quaruz altera itidẽ ex fece sanguis: altera ex flaua bile natrã ppter assationẽ conuersa generat Auicẽna decernit. Neq vero aliã Paulus elephãtiasis aliã lepre Auicẽna adhibet curationẽ. Neq etiã Galen⁹ scribẽs de elephãtiasi secundo libro artis curatiue ad Glauconẽ minus q̄ Paulus cuz Auicẽna scribẽte de lepra cõcordat: immo vero omnia illa Auicenne verba q̄ lepra multiplicatur ppter caliditatem aeris ⁊ malitiã cibi veluti essentiã ex genere pisciũ ⁊

carne salita. ⁊ carne grossa: ⁊ carnibus asinoꝝ: ⁊ lentibus. Omnia hec Auicenne verba q̄muis barbare scripta sint ex Galeno capi. de elephantiasi tamen deprompta sunt. Quid ꝙ nisi Galenus per Elephātiasim morbum quem diximus intellexerit: illud sequetur absurdum. Galenum medicorum facile principem qui tot de medicina volumina tam acurate tam copiose conscripsit: nullam de eo morbo: qui reliquos omnes magnitudine superat quem nos vulgo lepram appellamus: in suis libris fecisse mentionem. Galeni autem libros intelligo: quos idem auctor in ꝓpria līgua scriptos reliquit. Nā ī his: quos vel ex greca: vel ex arabica lingua translatos habemus plurima est in hoc ꝟbo lepra ābiguitas. Quoniam aliquando translator vbi Elephantiasim in greco Galeni codice scriptum inuenit lepram est interpretatus: vbi vero lepram: nihil immutauit: sed eodem visus est verbo cum apud grecos auctores alius morbus sit lepra: alius Elephantiasis. Lepra enim (vt inquit Galenus in libro de tumoribus contra naturam) passio solius cutis est: qđ de Elephantiasi dici nō potest. Cum in eo morbo qui Elephantiasis a grecis nominatur: non modo cutis: sed carnes etiam: atq̧ ossa: vt Cornelius quoq̧ testat̄ plerūq̧ vitiantur. Nomen autem Elephantiasis tractū ē a similitudine Elephātis: qm̄ (vt inquit Galenus sexto de causis accidentium) qui hoc morbo laborant carnem habent nigram et tuberibus plenam: qualis est cutis elephantum. Nonnulli Elephātiasim ob morbi magnitudinē: qui nulli fere remedio succūbit dictam existimant. Quidam ob id ꝙ sicut Elephas pre ceteris animalibꝰ diutissime viuit: ita hic morbus lōgissimus est: que quidem omnes proprietates nulli alij morbo magis conueniunt: q̄ illi quem nos vulgo lepram nominamꝰ. Auicēna đ elephantiasi libro tertio tractat. de lepra vero agit in quarto: tanto scilicet interuallo vt videatur elephātiasim distinctum omnino genus a lepra putauisse cum presertim idē Auicenna elephantiasim non vti Galenus inter figure morbos sed quantitatis potiꝰ libro primo collocarit.

¶ De hac dictione Chironia apud Auicennam. Dubium. xiiij.

COrrigamus apud Auicennā quasi trāseunter dictionē inscitissimā Charonia: que dictio cum futilis sit ⁊ nihili: pro ea substitues Chironia. Sunt autē (vt Beroaldus Bononiēsis inquit) Chironia vlcera insanabilia: non tam ex eo dicta: ꝙ Chiron ea sanauerit: q̄ꝙ passus sit. Fuit quidē Chiron in medicina ꝓstātissimus vtpote qui herbariam ⁊ medicamentariā inuenerit: a quo Cētauriō ⁊ Chironiō herbe cognominātur. Huic olim cū Herculē suscepisset hospitio atq̧ arma herculanea ꝯtractaret: sagitta excidit in pedē: ex quo vulnere factum est vlcus insanabile atq̧ ita obijt mortem. Unde prouerbiū Chironiū vlcus de vlceribus insanabilibus. Plinius in xxv. autumat Chironē ex eo sagitte herculee vulnere cōualuisse. Curatiq̧ esse herba cētaurio: quam aliqui ob id Chironiuz vocauere. Ouidius in fastis memorat Chironē occubuisse ex ictu sagitte: q̄ erat infecta lernee sanguine echidne: ⁊ ita receptū in celum factum esse sagittarium: inibiq̧ cōmeminit historie his versibus. Dūq̧ senex tractat squalentia tela venenis. Excidit: ⁊ leuo fixa sagitta pede est. Ingemuit Chiron traxitq̧ a corpore ferrū. Et gemit alcides hemoniusq̧ puer.

¶ De Luto sigillato quod in codicibus Galeni dicitur terra sigillata. Dubium Decimum quintum.



Narremus id quoq̧: quid sit apud eundem Auicennam Lutum sigillatum: cuius tam frequequens mentio est apud medicos: tam multiplex visus in medicamentis: tam efficax vis in antidotis que in medicina tam preclara res habetur. Scito igitur esse quādam speciem rubri: quā terrā Lēniā vocāt colorē minyo ꝓximā. Que in insula lēno nascebat̄ vnde ⁊ nomen Multum antiquis celebrata vt inquit Plinius in. xxxv. venundabatur hec non nisi signata: vnde ⁊ sphragidem appellauere siue sigillū: siue signaculum. Hinc interpres Auicenne lutum sigillatum interpres Galeni terram sigillatam parum feliciter verterunt. Cur autem dicat Plinius signatam hanc rubricam Lēniam venundari solitam: nō erit ab re id fusius explicare: vt tribus pariter scriptoribus: Galeno: Auicenne: Plinio vna opera opem feram: ⁊ tenebricosis locis lumen infundam. In insula lemno sacerdos Diane rubricam terram ex antro quodam effusam reuerenter post peracta sacrificia deportat in vrbem eamq̧ aqua admixta pinguē ac lutosam efficiens vbi est diligenter concinata signo Diane sacro obsignat: ⁊ mox ita venundatur. Dioscorides refert in quinto; terram lemniaz misceri cū sanguine caprino. Eamq̧ signari imagine capre: et ob id sphragida vocari. Galenus libro nono simplicium memorat se sphragidis huiusce noscende causa nauigasse in insulam lemnon qua in re sequutus est vestigia magnorum philosophoruz qui discendi causa lustrabant orbem terrarum: penitissimasq̧ atq̧ ignoratissimas gentes penetrabant. sicut temporibus priscis pythagoras Empedocles: Democritus ⁊ plato ad magiā discendā nauigauere peregrinationibus susceptis: quā reuersi predicauerunt atq̧ in arcanis habuerūt consimiliter Apollonius ille tyaneus gymnosophistas indoꝝ philosophos ethiopū: sacerdotes egyptiorū accessit et inspexit ⁊ collocutꝰ est. Nā vt inquit verissime Seneca homini tādiu discendū est q̄diu nesciat: imo q̄diu viuat ⁊ vt canūt muse grecoꝝ. Nil dulciꝰ esse: q̄ cūcta nouisse. Homines em̄ natura scire desiderant: insitusq̧ mortalibus est amor cognitionis ⁊ sitis quedā inexplebilis nō tā magna q̄ noua discendi. Galienꝰ ergo cū esset: vt nemo nō nouit: eruditissimꝰ ac polyhistor: idest multiscius: rerūq̧ maxime ad medicinā ꝑtinentiū peculiariter curiosus merito constituit lēnon inuisere: vt quod didicerat ex multis vt aiūt magistris: id ꝓsens videret contēplareturq̧ sphragida hoc est rubricā lemniā sigillatā. Cuius in medicina mirabiles sunt effectus. Lēnon phragis ꝓ lemnia sphragis mendose fere semꝑ legitur apud eundem.

¶ Annotationū domini Symphoriani chāpērij in Auicēnā liber tertius De Nil Cap. j.



AUicēna quū vires potius ac proprietates plātarū enarrare q̄ earū effigies indicare studuerit. quum tñ ipse quoq̄ de isatide tribus in locis sub nil vocabulo scribat: merito suspitionē affert se etiā titubasse atq̄ ancipitē fuisse quid nam esset isatis: nam in littera .n. eadem de nil scribit: que ð isatide dioscorides: quoniā eodē modo diuidit in satiuā atq̄ siluestrem atq̄ easdem fere vires ac proprietates herbe nil tribuit: quas isatidi Diosco. sz rursus idez Auicenna in littera g ita scribit guasmein est foliuz nil. et quedā alia subinfert: que in littera n de eodē folio declarauerat: vnū tantūmodo addit q̄ capillos inficit: non tñ in his neq̄ a seipso neq̄ a dioscoride ac veritate ipsa videtur discrepare. ð grāo eiusnil ita scribit. Granū nil ē cartamū induz: deinde multas proprietates subinfert que nihil ad isatidem pertinent pro qua nil siue nigel idez Auicēna in n littera retulerat. Mesue quoq̄ hūc errorem aladuertens: vbi de cartamo scribit. dicit quosdam falso putasse Cartamū esse granum nil. nec minor est apud matheū siluaticū in suis pādectis in eisdem rebus nominibusq̄ colluuio quare apud illū leges nisi pen oculū licet.

Erratum secundū de herba tinctoruz & lysimachio.

AUicenna fen. xvj. tertij: cap. de excoriatione vlcerū de quadam herba meminit: quā herbā tinctorū & citrinā nolat cui⁹ succuz bibituz & clisterizatum scribit prodesse vlceribus intestinorū neq̄ puto ipsum aliam herbam inuenire q̄ lysimachiū cuius pariter foliorum succuz aut epotum aut per clysterez iniectū dicit Dioscorides prodesse dysentericis Gētilis Auicenne interpres magis studet auicenne verba scindere in partes: primaz ibi secundā: ibi tertiā q̄ eorum sensuz quod magis foret ex vsu medicorū declarare: neq̄ hanc herbā tinctorum citrinam: neq̄ alterā quaz statim postea tanq̄ eundem habētem effectuz Auicē. subiungit: & pedem alacohen dicit a quibusdā vocari: se autem existimare q̄ sit pes corui q̄uis alij ante euz vt ipse testatur dixissent hyppocratē per alacohen folia ficus intellexisse: quare has herbas Gentilis sua intactas expositione preterijt ac si puum afferret, earuz notitia vtilitatis.

Erratum Auicenne tertium de memite.

HErbam tinctorum quidam auicenne nouus expositor memitem esse dicit cuius succo vtuntur tinctores. de qua etiam memite dicit testari principem q̄ est frigida & sicca in primo & q̄ multā habet stipticitatē: & exponi in sinonimis Auicenne q̄ est chelidonia: sed non esse verum teste simone Genuensi. nonne hic expositor ignotum per ignotius: aut saltem eque ignotum nobis ostendit: cum herbam tinctorum memitez esse dicit: non autem quid sit memite sed quid non sit magis edocuit. scio enim veram memite quam Diosco. Glaucium vocat: & ad vitia oculoꝝ laudat a nostre etatꝫ medicis fere oībus ignorari: qui pro ea vtūtur herba altera simili quidē sed non eandez habente viz quā vocant latini papauer cornutū. sed facverā memite: aut glauciū esse: non tū tamen nō est: aut autores arabes de memite aut greci de glaucio: q̄ sit hec herba: tam in vsu infectorū q̄ etiam medicorum quicquam retulerunt: neq̄ q̄ Auicenna scribat memite esse frigidaz & siccam ī primo hoc satis efficax argumentum ad probandū memitez esse herbam tinctoruz: de qua Auicenna facit mentionez fen. xvj. tertij: capite de excoriatione intestinoruz. plures enim sunt herbe tales habētes qualitates quas tamen propterea non dicimus easdem esse: cum herba tinctorum atq̄ citrina ab Auicenna nominata: neq̄ etiam eosdem habere in medicina vsus existimamus.

De pede alachoon idest pede corui erratum quartum.

DE herba ab auicenna vocata pede alacohen expositor Auicenne scribit existimare q̄ sit herba a medicis vocata pes corui de q̄ dicit de pede coruino q̄ radix huius herbe cum de coquitur cōfert solutioni antique: sed radicez huius herbe quā nostri aromatarij vocant pedem corui esse causticaz vlceratiuaz: & de ista non loqui principem hic qui princeps dicit q̄ aliqui dixerunt q̄ per alacohen hyppocrates intellexit folia ficus: que in nullo seruiūt casui presenti: quia pungunt & excoriant per lacticiniuz occultatum in eis: hec omnia fere ad verbū nouus expositor Auicenne qui sua expositione non magis hanc q̄ etiam priorem nobis herbaz declarauit. forte autem sit illi minus pudēdū hanc secundā scilicet pedem coruinū de quo Auicenna loquitur ignorasse quando & ipse Auicenna tantus alioquin medicine autor vel dubitauit vel etiam nesciuit quid esset: vt plane in multis alijs herbis ipsemet suā fatetur inscitiem: vt etiam secundo canonis de hac ipsa herba: que pes coruin⁹ nomīatur non modo ambigua: sed etiā contraria loquitur. sunt autez hec auicenne de pede coruino inibi verba: pes coruin⁹ mēbra expulsiōis. Radix hui⁹ herbe cōfert solutiōi antiq̄: & dixerūt paulus: & alij q̄ ꝯfert colice: & efficit opationez hermodactiloꝝ absq̄ nocumento. Ego aūt nescio quomodo radix pedis coruini possit prodesse solutioni antique: & facere operationē hermodactiloꝝ qui sūt satis in soluendo potentes: nisi forte Auicenna vult hoc loco solutionē curare solutione: qui tamē alibi precipit non esse faciendam solutionem super solutionez. fen autez. xxij. tertij: capite de solutiōe podagre pedē coruinū nō colice sed podagre poti⁹ ex eiusdē pauli auctoritate Auicēna prodesse testatur. Dixerūt paul⁹ & alij q̄ confert colice & efficit operationē eoꝝ absq̄ nocumēto. Deinde subiungit: radix pedis coruini quē nos hic habem⁹: ab extra aposita rodit: & pluries hāc feci sup pedē illius q̄ſtari q̄ habebat ī inguine bochiū epidemialē & pri⁹ surgebat ampulla: q̄ rupta exibat virus venēosuz: vnde aliq̄ sanabātur sed hāc dare p os nūq̄ ausus sum: lz sciā aliq̄ q̄ foris adhibita vesicant & vlcerant: & comesta nō vt alleaz cepe.

Erratum Auicenne quintum de napello.

Nonne idez Auicēna si q̄ iā fatui & hebetes sint qui ei velintin oībus credere: scribit secundo canonis. Napellū esse venenuz perniciosuz et tamē potari suadet cum postea subiūgit. Delet albaras linitum & bibitum. Venenuz autē quod nostra etate napellū ab herbarijs noiatur: aconitum a grecis: atq; latinis vocatur: de quo. Vergilius miscēt aconita noverce. vt iam appareat Auicennam non tā tyrāni q̄ etiam noverce imitari mores.

Erratū Auicenne sextū in radice pētaphyli.

Radicem pentaphyli a dioscoride cōmendatam Auicēna advenena mortifera: ipse secundo canonis scribit esse medicinaz pernitiosaz adeo vt Savonarola medicus nostro tēpore clarus: nō ausit eā in quartana dare: non aliā ob causam: nisi quia damnetur ab Auicenna. Tantā habet apud medicos nostri tēporis et maxime apud papiēses nostros et mōtispedanos autoritatem vt medicinā mortiferam faciat salutarē: sicuti pedem coruinū: salutarē autē perniciosam: veluti radicē pētaphyli vel eius succū. Nā & Jacobus de Dōdis cognomēto Aggregator hu9 radicis succū inter venena perniciosa ex Auicenne auctoritate numerat. Forte autem quātum ad pedis coruini attinet radicē: non tam Auicenna q̄ medici ipsi: nō recte Auicēnā intelligētē sunt rephēdēdi.

De cassiafistula.
Erratum septimum.

De cassiafistula et manna iuniores medici ad molliēduz aluū vtuntur. Greci tamē (de veteribus loquor) de neutra fecerūt mentionē: vel quia ipsas nō nouerūt: vel forte in vsu medicine nō probaverūt. siquidē Galenus similē cassiefistule fructum: qd a grecis Ceratia: ab arabibus corrupto (vt puto) vocabulo carnubiū noiatur: oino improbat adeo vt libro secūdo de alimētis optet vel melius esse opinetur: qd nunq̄ ad sue gētis homines ex locis in quibus nascitur, deferetur. quoruz occasione verboruz mihi subit admirari quomodo Auicē. qui se Ga. fatetur interpretem: illuz tamen perperam alleget dicētez: quod hic fructus nō defertur ad alias regiones. Frustra enim Gale. optasset: ne deferetur ad suos: si ad alias regiones ex solo in quo gignitur nō deferebatur. Dixi autē Cerasia esse similez cassiefistule fructum: quoniam & color corticis idem: & medulla etiam dulcis: sicuti cassiefistule: & preterea similibus seminibus eadem medulla distinguitur: vt non solū sensus sed etiā serapionis probat autoritas: qui capite de Cassiafistula inquit: quod intra cannas cassie sunt lamine ex carne nigra: & parietes diuidentes inter eas: & inter laminā & laminā sunt grana: sicuti grana xilocaracte & eiusdez magnitudinis quorum color est inter glaucedinē & ruborem. per xilocaracta vt leonicenus asserit debemus intelligere fructū quē greci: tuz ceratia: tū etiaz xilocaracta nomināt: latini siliquā dulcē. Arabes autez carnubiū. sed & eadez est siliqua dulcis: que etiā cassiefistule ppūetas. nā vtriusq; medulla cū recēs est laxat vētrem: cū vo exiccata poti9 contrahit. Quod de siliqua dulci dioscorides Gale. & paulus ac plinius quoq; testantur apud nos. De cassiafistula autē cōstat medicoꝝ experientia. hic tū medicos iuniores commonefacere oportet etiā in libris grecoꝝ de cassiafistula legi: sed nō de illa de qua tu queris: que vim habet aluū molliendi atq; ideo a quibusdā recētiorib9 siliqua pharmacentica noiatur: sed d̄ quadā specie cassie lignee q̄ fistula ab eisdē grecis noiatur. Quapropter diligentius aduertēdū: ne cuz in libris grecoꝝ cassiāfistulā scriptū inuenimus: alterā putemus intelligi: de qua arabes autores loquūtur: q̄ cortice cassiefistule arabice medicine ad, citāda mēstrua vtūtur: cū cassiam ligneaz potius ad eandē vsuz debeāt recipere ex galeni & alioꝝ medicoꝝ autoritate. nā greci alterā cassiefistulā videtur neglexisse: sicuti & alios arborum fructus: q̄s autores arabes: & medici iuniores. illos seq̄ntes ita frequēti vsu habēt oino despexerunt.

De māna Erratū Octauū.

stinū ⁊ vēter i directo ieiuni nō sedat̄ dolor ⁊ nō figit̄
aliq̄d in stō ⁊ arescit hñs illud ⁊ apit̄ vent̄ ei⁹ ⁊ morit̄.
¶ Et spēs excoriatiōis sunt .v. sangulea ⁊ virulēta ⁊
saniosa ⁊ c[...]rathia ⁊ mucosa ⁊ corticalꝭ. ¶ Et sanio-
sa ē salua ⁊ succurrit̄ ei: ⁊ mltotiēs fit ex egritudib⁹
acutꝫ ⁊ febrib⁹ adurētib⁹ ⁊ ināanis. ⁊ mltotiēs ē eis cri
sis. Et saniosa cū icipit ꝑmittitur: aut ē cā ei⁹ eruptio
dubellati ⁊ āp̄atū i viscerib⁹ quā expellit nā ad inte
stina ⁊ ē magꝫ icolumis. ⁊ ista ꝑs nō ē v̄e stōatica et
mltotiēs nocet stō ⁊ fac̄ accidere i ip̄o corruptionē i
fine rei. Et mltotiēs seq̄t̄ ip̄az flux⁹ vētrꝫ saniosus et
nō ꝯtinet̄: ⁊ ē plꝫ illi⁹ pus saniosū: ⁊ qñqꝫ admiscet̄ ei
sāguis. ¶ Q̄ si illō ñ ē cā ei⁹ ⁊ nō ē i mebrꝫ iteriorib⁹
āp̄a maturꝫ qd̄ erūpat̄ tūc fit ex pte cācri putrefacti
i itestīs ⁊ nō ē sanitas pp mltitudinē ei⁹ qd̄ ꝯiūgit̄ et
putatē ei⁹ qd̄ iuenit̄ ꝺ q̄te pp difficltatē egritudis
i seip̄a. ¶ Uirulēta āt aut ē a liq̄factiōe: aut a resuda
tiōe āp̄atꝫ exñtꝫ i via maturatiōis: ⁊ plꝫ ip̄i⁹ ñ ē cū stōi
cā. ¶ Sāgulea āt alia ē eueniēs subito: ⁊ alia ē eue-
niēs paulati. ⁊ p⁹ qd̄ cā ē aptio vēaꝝ ⁊ scd̄e H̄olō sin
gularꝫ. ⁊ cū nō associat̄ ei dolor aliq̄s tūc ñ fit ex āp̄a
tib⁹ imo ex reb⁹ alijs ⁊ ꝓpe cū associant̄ cū illo signa
alia. ¶ Et qñꝫ fit ex itestīs ēt sine dolore cū ē s̄ꝫ semi
tā aptiōis orificioꝝ venaꝝ eoꝝ sine cā alia ⁊ ē icolu
mior. Et cū fuerit hyēs sicca septētriōalis. deiñ suc-
cesserit ei ver pluuiosū meridiōale ⁊ estas pluuiosa
multiplicabit̄ flux⁹ san. ex vētre. ¶ Et silr qñ hyems
ē austria ⁊ ver boreale pauce pluuie ⁊ ꝓpe i corpib⁹
hu. ⁊ corpib⁹ mulieꝝ. ¶ Et qñ vēit estas post ver bo
reale ⁊ hyemē austrinā mltiplicant̄ solo vētrꝫ ⁊ exco
riatio. ⁊ ē cā eoꝝ mltitudo catarroꝝ. ¶ Et qñꝫ multi
plicat̄ flux⁹ san. p vētrē i regiōib⁹ meridiōalib⁹ ⁊ cū
exufflatiōib⁹ austrinoꝝ ⁊ mltitudīe pluuie ppea qꝛ
mouēt māas ⁊ mollificāt poros ⁊ ꝓpe p⁹ catarros sal
sos. ¶ Flux⁹ aūt san. p vētrē q̄ ē p⁹ solonē colicā ⁊ ex-
coriationē colicā ⁊ ē cū dolore ē mal⁹ ⁊ ꝓpe qñ p̄ce-
dit alcurathi. deiñ venit sāguis pur⁹ illō .n. sig̃t ꝙ est
sup corp⁹ itestinoꝝ. ℣ Alcurathi v̄o ē ab aliq̄ abrasio
ne tunice itestinoꝝ. Sꝫ mucosa pp hūiditatē g̃ssam
℣ Et qñꝫ accit flux⁹ vētrꝫ mucosus i febrib⁹ ꝯpositꝫ ⁊
ī spēs febriū quā dicā in .c. suo in febrib⁹ pestilētiali
bus. ⁊ plꝫ q̄d fit i pestilētialib⁹ ⁊ ē spumosus. ¶ Corti
calis aūt qñꝫ fit ab vlcerib⁹ stōi ⁊ egredit̄ cū solone
vētris. s̄ꝫ nō ē illic excoriatio. ⁊ qñ ē cū excoriatiōe est
ab ipsis tunicis itestinoꝝ. ⁊ sig̃tur ꝙ sit de g̃ssis sem
per pp g̃ssitudinē ⁊ in plib⁹ p maiorē ⁊ ꝙ sit de sub-
tilib⁹ p ꝯ̄riū. ⁊ cortices isti egrediunt̄ apd̄ eleuatio-
nē ad aicellaz ⁊ ē plꝫ exit⁹ eoꝝ cū fit clystere lotiuū.
¶ Inq̄t hyp. Solo vētris grossa mellica nō sanatur.
¶ Dixit hyp. Cū ē eius filius aq̄. deīde fit filius vngue
to ē mala ¶ Et cū accit post hydropisim solo vētris
eueniēs ab āp̄ate epatis q̄ est mala ⁊ egō sanguino
lenta tūc solone educit̄ aquositas ⁊ nō abscinditur.
¶ Inq̄t. Ois flux⁹ vētris post egritudinē subito ē ma
lus signās mortē ꝓpinquā. ¶ Inq̄t. Et qñꝫ fit cū hy-
dropisi egestio sanguinolēta q̄ nō abscindit̄ ⁊ neqꝫ
sanat̄ qm̄ nō solone educit̄ aq̄sitas imo solone edu
cit̄ illō qd̄ d̄bilitat corp⁹. ¶ Et qñꝫ pducūt excoriatio
⁊ vlceratio intestinoꝝ ad hydropisim. ¶ Et si aliq̄s
hꝫ cū pūctura spasmū ⁊ vōitū ⁊ singultū ꝯturbatio
nē rōnis sig̃t mortē. Et in li. hyp. Qui hꝫ dysinteriā
⁊ appetit⁹ aurē ei⁹ sinistrā res nigra silis herbo ⁊ accit
cū hoc sitis vehemēs morit̄ in .x. ⁊ non tardat̄ ⁊ non
euadit. ¶ Illa aūt q̄ fit ab itestinis absqꝫ excoriatio
ne ⁊ absqꝫ causa eoꝝ que sunt sup ea cōicat lubrici-
tati stōice in causis. ¶ Sꝫ q̄ facta ē a corporib⁹ vlceꝝ
in eis plusq̄ ea q̄ est in stō: imo q̄si non ē nisi in eis.
¶ Si aūt fuerint eradicabiles: ⁊ māa faciēs eas non
cessauerit currere pducit illū ad excoriationē sāgui
neā ꝑculdubio: ⁊ ad fluxū san. p ventrē fortē ⁊ cōica
bit ei in cā cōicātia v̄tutis medicine solutiue ad ori
ficia venaꝝ q̄ sunt in eis ⁊ supficiei eoꝝ: ⁊ facit solu-
tionē. ¶ Et illa q̄ fit a debilitate itestinoꝝ ⁊ stōi nōia
tur māa vētris: ⁊ plm cāe in hoc ē debilitas ⁊ vlcera ⁊
corpa eoꝝ. ¶ Et qñꝫ accit vt ꝯgelet̄ aliq̄d hui⁹ san.
effusi in vētrē. ⁊ significēt illō frig⁹ extremitatū subi-
to ⁊ festine ⁊ iflatio vētris: ⁊ casus pulsus ⁊ accessus
ad syncopim. ¶ De ea aūt q̄ ē ab itestino recto: et ē
itestinū sextū alia ē q̄ ē cū dolore ⁊ nōiat̄ zahir: ⁊ est
dolor extēsiu⁹ ⁊ abrasiu⁹ in itestino recto: ⁊ alia ē q̄ ē
sine dolore. ¶ Et causa alzahir: aut ē āp̄a calīn ex q̄
currit aliquid. aut āp̄a duꝝ: aut mollificatio lacerti:
q̄re egregit̄ cū eo anus: aut tensio ex qua accit spas
mus: quare ꝓhibet̄ lacert⁹ retentiu⁹ in parte ani ab
opatione sua aut supflua salsa: aut baurachia: aut
chim⁹ grossus: aut cola igrediēs: aut frig⁹ adueniēs
mēbro: aut lōgitudo sessionis sup duꝝ: aut grossitu
do ei⁹ qd̄ egredit̄ de fece ⁊ durities eius: aut emor-
roys: aut fistula: aut ragadia: aut rugitus aut corro
sio: aut grauitas sensata. ⁊ plm q̄dē fit ex hu. muco
so ⁊ postq̄ fuerit mucosus fit curathi⁹: deinde pun-
cta san. ℣ Et qñqꝫ egredit̄ cū zahir aliq̄d qd̄ est sicut
caro s̄m ꝙ dixerūt q̄daꝫ. sed .G. elōgauit illud. ¶ Et
zahir q̄dem plm accidit habētibus flegma putridū
nā putrefactio eius relinquit vestigia in intestino re
cto apud incessionē suaꝫ oi hora. ℣ Ampli⁹ ē viscosuꝫ
adherēs nociuū. ⁊ qñꝫ cogitat eger ꝙ in ano suo sit
sal pulverizatus ꝓpter bauracitatem eius. ¶ Et za
hir facilius ē illud qd̄ nō succedit dysinterie aut ge
nerat̄ a dysinteria. ¶ Et qñꝫ accit vt spasmet̄ anus
⁊ rectū aut tendat̄: quare accidit lacerto vt non reti
neat illud qd̄ venit ad eū sicut accidit ei vt spasmet̄
⁊ nō pōt facere descēdere qd̄ supra ip̄ꝫ ē ad eū. Illa
aūt q̄ fit ab ano sine dolore ē san. nō aliō. ⁊ plm q̄dē
eius ē s̄ꝫ semitā: qua nā expellit supfluitates ex cor
pore. ⁊ coadiuuant ip̄m in corpore cause superflui-

tatum ciborũ ⁊ retentio cursus: aut incisio membri: aut dimissio exercitij aut reliq̃ q̃ dicunt in locis suis. Et iste nõ oꝫ vt retineat nisi timeat casus pulsus: et ꝟtutis. Iste ergo sũt spẽs cursus itestinalis itestinorũ sex. ¶ Fact' ãt a toto corpe: aut ẽ ſꝫ semitã crisis aut fortitudinẽ ꝟtutis expulsiue: aut ſm semitã casus ꝟtutis retẽtiue: sicut accit timẽti ꝙ statum supueniat: ⁊ hñti pthisim in fine vite sue: aut ſm semitam liq̃factiõis: ⁊ icipit subtilis: deide fit turbida ⁊ fit fortis fames ⁊ cadit ꝟtus: ⁊ accidũt febres. ⁋ Et qñꝫ accidũt nausea ⁊ difficultas vrine ⁊ vẽtositas ⁊ rugit' ⁊ tenebrositas coloris ⁊ frigus extremitatũ: ⁊ exiccatio lingue. ⁋ Aut ſm semitã ꝯuersiõis humorum ad corruptionẽ pp febres malas ⁊ venena nocẽtia. Aut ſm semitã expulsiõis repletiõis vehemẽtis pp illud qḋ scis ex dimissiõe euacuatiõis: aut retẽtiõe cursus ꝯsueti: aut abscissiõe membri: aut dimissiõe exercitij: aut paucitate solutionis ex corpe ⁊ reliqs que sciuisti. Aut pp ꝯpõnẽ nauseatiue satietatis plime in vicib' pluribus: ⁊ reddit ſm semitã egritudinis acute: ⁊ est de summa colerice passiõis. Aut ſm semitã ꝓhibitiõis nutrimẽti pp opilatiões in venis ⁊ alijs. ¶ Colerica aũt passio est mot' materieꝝ corruptaꝝ nõ digestaꝝ ad separationẽ ex via intestini redeũtiũ ad ipꝫ a corpore ſm acuitatẽ ⁊ laborẽ expulsiue. cibi nãq̃ cũ nõ digerunt valde ꝯuertunt in humores nõ ꝯueniẽtes corpi ⁊ mouet natura ad expellẽdũ eos a corpe cuꝫ grauent sup ipm ex partib' cũ spẽb' vomit' colerici ⁊ aquosi ⁊ eruginosi qñq̃: ⁊ spẽbus flux' vẽtris. ¶ Et illa colica passio cui' causa est corruptio cibi incolumior est ea cui' est freq̃ntia corruptionis post corruptionẽ. ¶ Et colica q̃dẽ passio mala icipit in ꝓnũgcũ lenitate: deinde accidũt dolor ⁊ punctura in vẽtre ⁊ in itestinis ⁊ dilatat: ⁊ ascẽdit ad stõm pp multitudinẽ ei' qḋ nocet ei ex humorib' acutis veniẽtib' ad ipm: ⁊ ſm plm sunt flux' vẽtris ⁊ vomit' simul. Cũ ergo expellunt mũdificant humores corpis pp illud qḋ scis ex causis. Incipit ergo cũ fluxu ventris colerico: deinde aquoso puro molli fetido: deinde qñq̃ pducit ad fluxũ vẽtris qui est sicut lotura carnis recẽtis habẽtẽ odorẽ pinguedinis ⁊ ad curathiũ deide perducit ad mollificationẽ pulsus ⁊ spasmũ ⁊ sudorẽ frigidũ ⁊ ad mortẽ. ¶ Et in hñtib' q̃dẽ colicã passionẽ multiplicat sitis: ⁊ quotiẽs bibũt aquam calefit i stõ coꝝ: ⁊ euomũt eam. Et tolerare sitim ꝯfert eis. ¶ Et multotiẽs accit eis destructio pulsus ſm semitã cõpressiõis ⁊ lesiõis pp causam accidẽtiũ sequẽtiũ malignoꝝ. Cũ ergo desciũt accidẽtia reddit pulsus. Et ille qui ꝯsuet' est icurrere colicã passionẽ nõ hꝫ ex ea timorẽ sicut ille qui nõ assuet' est ea: ⁊ est in ifantib' plus. ¶ Et colice q̃dẽ passiões plm nõ accidũt nisi i estate ⁊ autũno pp debilitatẽ digestiõis in vtrisq̃ et minorat in hyeme ⁊ vere. ¶ Et quandoq̃ multiplicat euetus colyrice passionis ex potu aque frigide i ieiuno sequẽte cibũ grossum ꝓcipue in comestione granoꝝ pinee: ⁊ chusomilla. ⁊ melones sunt ex eis q̃ cõmouẽt colyricã passionẽ. ¶ Et multotiẽs q̃dem restringit colica passio ⁊ declinat materia subito ad mẽbra vrine: ⁊ accidit ardor vrine. ¶ Fluxus aũt vẽtris eueniẽs pp ꝓhibitionẽ penetrationis cibi est opilatiuus. Et est ille q̃ noiat flux' vẽtris fact' cũ ꝑiodis. Et illḋ est qñ vene opilate replent in tpe noto vsq̃ q̃ euent: deide euet reducẽdo. ⁊ in eo q̃ est itervtraq̃ dispõ est sicut sana. Et plm qḋ est iter ꝑoꝛismos est xx. dies. ¶ Et qñq̃ añcedit aut tardat pp illḋ qḋ scitur de causis. ¶ Factũ aut pp cibum iam semel diximus in stõ: verũtñ nõ est malũ si iterem' illḋ ⁊ addamus velociter. ¶ Dicam' itaq̃ ꝙ fact' ex cibis: aut ẽ pp coꝝ ꝑuitatẽ q̃re corrũpunt i stõ ignito sicut scimus: ⁊ nõ recipit eos natura: aut pp grauitatẽ coꝝ et quare dscẽdũt aut pp coꝝ mordicationẽ sicut cepe. aut pp ꝟtutẽ venenosaꝫ sicut in fungis: aut pp velocitatẽ ꝯuersiõis ad corruptionẽ sicut lac: aut pp vehemẽtiã subtilitatis coꝝ: quare resudant ⁊ non retinent apud portaꝫ nariũ: aut pp ipoꝝ humiditatẽ et coꝝ viscositatẽ: quare lubricant: aut pp multitudinẽ mot' sup eos aut ꝓpter multitudinẽ potus aq̃ post ipos: quare subito deponit eos ⁊ lubricare eos facit aut pp multitudinẽ eius qḋ repit de humorib' lubricantib' sicut flegmate ⁊ abstergẽtib' sicut colera aut q: est cib' ꝯturbat': ⁊ est ille qui est plime q̃titatis ⁊ pauci nutrimẽti sicut sũt olera: aut pp ordinẽ necessario faciẽtẽ lubrificationẽ sicut ꝑmissio cibi lenis facilis digõnis lubricitantis ⁊ postremitas cibi stiptici cõpressiui: aut postremitas ei' q̃ est velocis ꝯuersionis: quare corrũpit ⁊ corrũpit qḋ sub eo est ⁊ vocat naturam ad expellẽdũ. ¶ Fact' aut pp aerẽ circundantẽ est qñ aer ꝯtinẽs calidus resoluit quare exiccat ⁊ frigus aggregat: quare cõstringit. ¶ Et auster ⁊ multitudo pluuiaꝝ ⁊ regiões meridiõales soluũt vẽtrẽ. Et qñq̃ est vẽtositas causa flux' vẽtris per id qḋ corrũpit de digõne ⁊ mouet de cibo. ¶ Inq̃t hyppo. Altheca accit diaria plima. per altheca itelligit illos qui nõ pñt ꝓferre the: ⁊ causa in hoc est ꝙ humiditas dñat sup mẽbra ipoꝝ neruosa: ⁊ sup stõs coꝝ: cũ cõitate cerebroꝝ coꝝ: aut pp cerebrũ ⁊ aliḋ ⁊ isti etiã oꝫ vt soluant cũ facilitate. ¶ Inq̃t hyp. q̃ est in pueritia lenis nature: aut dure est apud senectutem ecõtrario: sꝫ q̃ ẽ lenis nature semp in adoloscẽtia nõ ꝯuenit ei in senectute assiduatio ei'. ¶ Et oĩs flux' ventris qui fit post egritudinẽ vehemẽtẽ acc̃ns subito ẽ signatio mortis: qñ sigt corruptionẽ subitã. ¶ Differam inter illũ qui ex illo lubricatiu' ẽ ⁊ inter stõi lubricitatẽ sigt digõ pauca que ẽ in cibo. cũ ergo descẽdit a stõ nõ morat in intestinis: imo ꝓcedit ad exitũ. ¶ Si vero causa ei' ẽ vlcus signt ipm excoriatio ⁊ illḋ qḋ egredit de signationib' vlceꝝ. Et si ẽ flegma viscosũ significat ipm etiã flegma qḋ egredit cũ eo: ⁊ ventositas ⁊ rugit' in ventre cũ quo sentit lubricitas rei grauantis. ¶ Et in vlceribus per dolorem sub loco stõi. ¶ Qḋ si fuerit lubricitas nõ ab vlcerib' neq̃ a flate imo ꝓpter malitiam complexionis significabit illud priuatio exitus signoꝝ vlceꝝ ⁊ flegmatis. ¶ Et singultus cum accidit habentibus fluxũ ventris ⁊ ꝓprie habentibus zahir est significatio mala significans siccitatem facientem arefactionẽ. ⁋ Et cum cibat habẽs ventrẽ debilẽ: ⁊ nõ addit pulsus ei' tunc cures eum. ¶ Et habens ventrem morit paulatim cum casu pulsus eius ⁊ fit vermiculosus: aut formicãs ⁊ est cum hoc viuus ⁊ intelligit: deinde destruit pulsus eius

pulsus eiꝰ ipo vino:deīn morit. Et scias q ille q̄ ege-
rit spēs diuersas.s.colerici ꝛ spumosi ꝛ spēs pingues
ꝛ nō obilitat nō oꝫ vt ipꝫ ꝯstringas ꝛ pducas ipm ad
egritudies difficiles ꝛ egritudies malas fraudulētas

¶ De signis. Ca.iij.

Dicit q qn fuerit vrina in febrib⁹ colericis alba
cū icolumitate signoꝝ in fixiōe rōnis ꝛ defectu
soda ꝛ siliū tūc caue excoriationē itestinoꝝ. Ampli⁹
dr̄a inter cerebralē ꝛ stōaticū ē:qm̄ stōatic⁹ ordinez
nō hꝫ nꝫ horas p seipm in qb⁹ crescat imo ē fm regi-
mē.nā si digestiua ē obilis:egredit sine digōne. Et si
sunt recētiua ꝛ expulsiua sil debilis:egredit velocit:
ꝛn egredit plimū subito:imo frequētat eleuatio pau
latim. Et plimū ei⁹ ē ex frigore. Et si ē obilitas in nō
digestiua:egredit qḋ egredit nō pueratū digōne tota:
imo egredit hñs digōnē quādā ſꝫ tps more i stō. Et
cū illo q̄ ē a lubricitate hūorales egrediunt hūidita-
tes. Et cū illo q̄dē q̄ fit a lubricitate vlcerosa aut bo-
thoria sunt sig̃ vlceꝝ stōi ex vōitu corticali ꝛ bothor i
ore ꝛ dolore. Hyp.qḋ iā dixit:illis q̄ itestinoꝝ lubrici
tatē hn̄t vōit⁹ ē mal⁹ ꝛ hoc iudiciū occultā hꝫ cāꝫ. Ce
rebralis aūt plimū ē p⁹ somnū lōgū ꝛ ē ꝯseruans pa-
roxismos:ꝛ cū eo sunt signa catarroꝝ ꝛ corruptiōis ce-
rebri. Et in libro algarab. Cū apparet in lubricitate
itestinoꝝ sup costas aliq̄d sile ciceri ꝛ puocat vrina
ꝛ multiplicat morit eger in ipsa hora. Epatici vero si
gna iā dixim⁹ in caplo egritudinū epatis.ꝛ silr ei⁹ q̄
fit ex mesaraica. Plimū aūt splenitici ē melācolicū et
iā dixim⁹ in caplo suo. In feculēto aūt iā dixim⁹ q̄d
in illo fit de signis malis ꝛ saluis ꝛ distinxim⁹ ipm ab
epatico.ꝛ illḋ p id qḋ scitū ē qḋ ē apḋ dolores eius ꝛ
dispōnes ipsi⁹ egrediētes a nā in caplo egritudinuꝫ
splenis ꝛ in hoc ipso ꝛ cū dicte sunt expulsiōes epati-
ce. ¶ Intestinalē aūt q̄ sanguine⁹ est ꝛ q̄ nō ē sangui-
neus sig̃nt dolor intestinoꝝ ꝛ pūctura ꝛ diuersificat
ab epatico p illḋ qḋ scis:ꝛ ē hoc q ille ē pl⁹ ꝛ hꝫ paro
xismos ꝛ vices ꝛ ois porisim⁹ ē deterior illo q̄ ē añ ipꝫ
ꝛ manifestior:ꝛ ei⁹ nocu^m^ in supiorib⁹ corpis ē vehe
mēti⁹ ꝛ signa corruptiōis epatis cū eo sunt magis ap
parētia. Et scias q dispō doloris ꝛ pūcture ꝛ alcura-
thi ē mai⁹ ad qḋ redit. Scias ḡ q cū iuenit qḋ ē ex in
testinis procul dubio licet cū ei⁹ pueratiōe qñꝫ fit ēt ex in
testinis ꝛ excoriatione. Et fluxū san.puri ab itestinis
sig̃nt ēt dolor ꝛ pūctura.ꝛ qñqꝫ est fluxus san.ab ap-
tiōe venaꝝ ꝛ ē cū eo excoriatio cū exulceratio fit.ꝛ qñ
qꝫ ē exulceratio in pmis:deinde sequit ipm flux⁹ san.
ꝛ sig̃nt q ipe ē intestinalis alcurathi ꝛ abrasio. Et qñ
qꝫ est vlc⁹ eradicabile adhuc:q̄re nō appet alcurathi
nisi post horā ſꝫ ē lubricitas dolorosa in loco noto:et
ē quātitas ei⁹ qḋ egredit pauca ꝛ ꝯtinuata ꝛ lōgi tpis
ꝛ exit⁹ corticū in fluxu sine excoriatiōe sig̃t q ē in stō.
s.i eo qḋ sequit ipm:ꝛ sig̃t ipꝫ dolor stōi ꝛ illḋ qḋ scit
in suo ca°. Et scias q alcurathi ꝛ excoriatio sunt due
signes vltime ad signāda vlcera:ꝛ qñ sunt cū hoc fe-
tidi odoris sig̃nt corrosionē:ꝛ si sunt cū illo fetore me
lācolie timet q sit cācer:ꝛ scit loc⁹ vlceris:aut lesiōis
p exitū san.ex eis. Et ex loco doloris vtrū sit supra su
mē aut sub eo. Et ex eo qḋ ē supra doloreꝫ:nā dolor
gaiū ē vehemēs cōicans mēbris supiorib⁹. Et ex cor
ticib⁹ an sint subtiles aut grossi qm̄ grossi semp sunt a
grossis ꝛ subtiles fm plurimū a grossis:ꝛ parui sunt
ex gracilib⁹. Et ex permixtione qm̄ vehemēs pmixtio
cū eo qḋ egredit sig̃t q vlc⁹ ē in superiorib⁹ ꝛ separa
tū ab ea sig̃t q ipꝫ ē in iferiorib⁹ ꝛ multotiēs fit i illo
q̄ est in inferiorib⁹ ꝛ i ano vt sanguis ei⁹ egrediat añ
egōnē. ¶ Et ex tpe qḋ ē inter dolorē ꝛ ascellationem:
qm̄ si ē tps plixū tūc est in gracilibus. Et ex dispōne
eius:qḋ ipsi associat ex egestione:qm̄ si est chilosum
aut simile aq̄ carnis tūc ē in gracilibus. ¶ Et ex feto
re qm̄ illud qḋ descēdit ex gracilib⁹ est magis fetidū
Et ex dolore qm̄ dolor eoꝝ ē vehemētior. Et ex san.q̄
qñqꝫ egredit:qm̄ est in gracilib⁹ lauatiuus nō pmix
tus cū ipo stercore. ¶ Et scias q qñ egritudo ē vlcus
ꝛ ē chronica ꝛ illi qḋ egredit ē quātitas āplius nō est
dolor sensat⁹ tūc vlc⁹ est plime sordis. ¶ Et differen-
tia q̄dē inter vlcus sordidū ꝛ corrosiuū est. qm̄ corro
siuū est vehemētis doloris ꝛ qḋ egreditur ex eo ē ve-
hemētioris fetoris ꝛ ē decliue ad nigredinē et min⁹.
Et ex sordido ē virulētū aquosum ꝛ est decliue ad al
bedinē et est grauis doloris. ¶ Et qñ egredit post al
curathi san.plurim⁹ sig̃t q vlc⁹ pfundat ꝛ egritudo
fit fortis ꝛ finit illud qḋ est sup faciē intestinoꝝ ꝛ per
uenit ad ptē intestinoꝝ. Et multotiēs fiūt post apo-
stemata que pterierūt vlcera:ꝛ significant p dolores
eoꝝ ꝛ reliqua q̄ dicta sunt de signis fm q ipsa sunt
apata.ꝛ multotiēs q̄dē fiūt vlcera pp causas alias ex
eis q̄ diximus. ¶ Qḋ si excoriatio est pp apertionem
venaꝝ pcedit eā exitus san.puri cuius ē pmixtio q̄dam
ꝛ qñqꝫ est in ea dolor.ꝛ qñꝫ nō est cū ea dolor:ꝛ qñqꝫ
sunt cū ea periodi sicut fit ēt in eā que non accidit ex
intestinis:ꝛ añcedūt etiā signa repletiōis. ¶ Et si fue
rit ab emorroydib⁹ et rebus cancerosis in supiorib⁹
intestinis putrida erit ꝛ cū ea erit sanguis niger ꝛ fiet
paulatim continua fm repletionē corpis et eius exitio
nē. ¶ Et si fuerit ab humoribus salsis ꝛ baurachis:
aut grossis viscosis significabit eā exitus eaꝝ pcedēs
ꝛ euentus ventositatis et rugitus ꝛ pueratio tincture
in egestione ꝛ illud qḋ sentit de re eradicata ex loco
et erit dolor.q.inseparabilis qui nō pmutat ad horā
ꝛ sentitur cū ea quasi grauedo ꝛ admiscetur alcura-
thi flegma. ¶ Et si fuerit colera excoriatio ei⁹ signifi
cabūt eā exitus ipsius pcedens et pmixtio alcurathi si
fuerit:aut egō tincture corruptionis eius.ꝛ similiter
meliā malā ꝛ saluā sig̃nt pcessio illius ordinis melle
Et pmixtio ad illud qḋ egredit acetosa i ordine bu-
liēs sup terrā:aut feculēta nigra nō acetosa in odore
neqꝫ buliēs sup terrā ꝛ ē cū ea ꝯturbatio vehemens:
ꝛ qñꝫ pducit ad syncopi. Et scias q si cū dissinterie ē
stās adhuc ꝛ gredit cuꝫ alcurathi:verbi grā. cola aut
melia aut sanguis calidus aut sil'a putridū:aut vitreū
aut sterc⁹ siccū:tūc egritudo est in via additionis pp
insuperabilitatē cāe. ¶ Qḋ si abscindit illud ꝛ rema-
neāt alcurathi ꝛ abrasio ꝛ silia tunc cā iā abscissa ē et
remāsit causatū ꝛ impressio puentēs ad ea: q̄re opꝫ
vt tu intendas ipm solum cū curatiōe. ¶ Et signū flu
xus stōici sanguinei est q facit sed excoriationē do-
lorosam:aut fluxū frequentē.deinde destruitur cum
eo appetit⁹ ꝛ subuertitur anima et perducit ad abra-

fionez et alcurathi et interficit multotiens. ¶ Factus
aūt subito sine dolore plimo ⁊ absq̃ nocumēto sequē
te ipm in appetitu ⁊ aliis ē salu⁹. Et si ē a grossitudie
fecis signbit ipm dispō fecis ⁊ ei⁹ eue:t⁹ cū icisiōe fecis
sup ipz ⁊ sedatio doloris cū lenitas adest nāe: ⁊ mul
totiēs egredit̄ succ⁹ sepat⁹ a fece cū ingrossat̄ ⁊ alle-
uiat̄ pp cāz q̄ exiccat ipaz ⁊ existimat̄ q̄ sit flux⁹ q̄re re
tinet ⁊ in ipso ē mora. Et signū illi⁹ ē vt nō sit aliquid
ei⁹ cū lenitas ē nāe ⁊ sepatio fecis ⁊ vt antecedat fex:
deide egredit̄ post illō fecis paꝝ. Sz diuisio illa q̄ ē
añ ipm ⁊ plimū ipsi⁹ egredit̄ añ fecē q̄ excoriat. Dif-
ferētia aūt q̄ ē inter illū q̄ lubricatiu⁹ ē ⁊ inter lubrici
tatē stōi signt digō pua exnis in cibo: ⁊ qñ descēdit a stō
nō morat̄ in itestinis imo pcedit ad exitū. Si aūt cā
ei⁹ sint vlcera signt ipz excoriatio cū eo qō egredit̄ de
signib⁹ vlceꝝ. Et si ē illic fl'a viscosuz signt ipz ēt fl'a
qō egredit̄ cū eo ⁊ vētositas ⁊ rugit⁹. ⁊ in flegmatico
sentit̄ lubricitas rei grauātis: ⁊ in vlceroso sentit̄ do-
lor sub loco stōi: ⁊ si ē lubricitas nō ab vlcerib⁹ neq̃
a flegmate: imo pp malitiā cōplōnis signt illō priua-
tio exit⁹ signoꝝ vlceꝝ ⁊ flegmatis. Opilatiuū aūt ⁊ li
quefactiuū signt cursus vi scipsis ⁊ denudatio signū
necessario faciētiū fluxū sup ea ⁊ inflāmatio corpo-
ris ⁊ caliditas ei⁹ ⁊ comitātia febris minute ⁊ diuersi
tas coloris ⁊ essentie ⁊ fetor odoris. ¶ Qui g̃ ē cū liq̃
factiōe ē virulēt⁹ aquosus. ⁊ q̄ ē ex liq̃factiōe adipis ē
virulēt⁹ grossus sicut in vlcerib⁹ cū pinguedine ⁊ co-
lore diuerso: deinde fit ei⁹ eēntia adipis absq̃ diuersi-
tate in substātia sua neq̃ in eēntia sua: ⁊ silr ē dispō
liquefactionis carnis rubee nisi q̄ puat̄ pinguedine
⁊ est postremū ei⁹ feculēti coloris. Factū vo a super-
fluitate ⁊ repletione quā nā expellit ex corpore pp il-
lud qō dictū ē de causis attrahētib⁹ supfluitates: ⁊ re
pletionē signt cāe ⁊ qñq̃ signt ipm qō euacuatū est
sanguis purus mundus cū multitudine sine dolore:
⁊ nō facit sequi mollificationē ⁊ debilitatē ⁊ hz paro
xismos. ¶ Alzahir aūt diuisiōes signt illō qō egredi
tur ex eo qō vr: ⁊ cause repte ex frigore aduenīete aut
ex sessiōe sup duꝝ aut ex emoroidibus ⁊ ragadiis ⁊
aliis. ⁊ qō pcessit ex fluxu ⁊ excoriatiōe aut nō pcessit
Et sicut errāt q̄dā i ipo si fuerit illic fex retēta ledēs
⁊ dolorē faciēs ⁊ mittēs succū existimātes qō est cur-
sus zahir. Silr errāt cū qñq̃ egredit̄ curathi sicē fleg
ma ⁊ existimat̄ q̄ sit zahir flegmaticū. nō oz g̃ vt decei
piaris in hoc: imo opz vt attēdas cāz ex oī pte sz q̄ sei
uisti. ¶ Et differētia inter vlcera ei⁹ ⁊ intestinoꝝ que
sunt sup ipz ē qm̄ in illo qō fluit ex recto est fetor aut
nō ē in eo fetor. Et qñ accidit habētibus vlcera inte-
stinoꝝ ⁊ habētib⁹ fluxū sanguinis vt coaguletur san. in
vētre eoꝝ scias signa q̄ dixim⁹ in capitulo hui⁹ egri-
tudinis ex inflatiōe vētris ⁊ frigore extremitatū subi
to ⁊ ex casu virtutis et pulsus. Cū g̃ accidit illud tunc
scias q̄ cū egestio nigra facta ab adustiōe rēdit ad vi
riditatē tūc iā nā icipit succurrere: quare fit viridis:
deinde citrina: post stat. ¶ Et scias q̄ qñz egerunt
res plures numero ⁊ existimāt q̄dā q̄ sit curathi pp
apostema ⁊ vlcera intestinoꝝ ⁊ illud nō est nisi cum
pictura: illō ergo nō est curathi imo supfluitates hu
moris. ¶ Et scias q̄ si q̄s hz fluxū vētris ⁊ stringit̄ et
ipse remanet fm dispōnem suā ⁊ nō aduenit ei fortitu
do solita: tūc cā in hoc est q̄ corp⁹ eius nō recipit ci-
bū. ¶ Et scias q̄ in illo q̄ ascellat i die plusq̄ in nocte
imo accit ei vt ascellet quotiens sūpserit appetit⁹ ei⁹
i die: cā ē debilitas stōi ei⁹. Et cū i nocte ē pl⁹ tūc cā
est debilitas epatis ⁊ q̄ remittit cibū vel aliuz. ¶ Et
scias q̄ multotiēs succedit ascellationi p hoc q̄ ipsa
extrahit subtile ⁊ dimittit spissuz colica vehemens.

¶ De cura fluxus ventris absolute. Ca. iiii.

Dico in pmis q̄ oz vt iuuēt se medici cū eo qō dr̄
in capitulo supfluitatis flux⁹ vētris ⁊ medicinis
ebibitis et legāt illō caplm cuz hoc ca⁹. Ampli⁹ dico
q̄ flux⁹ vētris phibet̄ inq̄tū ē flux⁹ cū stipticitatē fa-
cientib⁹ et ingrossantib⁹ māa ⁊ faciētib⁹ glutinatio-
nē. et qñq̃ necessaria sunt narcotica. Et iteꝝ qñq̃ cu-
ratur flux⁹ vētris cū diureticis et sudorē faciētibus ⁊
dilatātib⁹ poros et vomitū faciētib⁹ oia nāq̃ hec mo
uent māam ad cōtrariā ptē flux⁹ vētris. Qō si misceat̄
fluxui vētris caliditas ponant̄ cū eis ifrigidātia: aut
eligant̄ ex eis infrigidātia in q̄b⁹ sit stipticitas et ad-
ministrent̄ dilatātia poros et sudorem facientia cor-
pori exteri⁹. ¶ Si aūt ei admisceat̄ frigus ponant̄ cū
eis calefaciētia et eligant̄ ex eis calefaciētia in q̄bus
sit stipticitas. Et tūc sunt plurimū necessaria calefa-
ciētia: cū digestiua ē debilis: et cū ē opilatio ex hu. vi
scosis et iuuāt se cū eo qō dr̄ in capitulo debilitatis di-
gestiōis et tūc plurimū sunt necessaria infrigidātia:
cū retētiua ē debilis. Et calitas qñq̃ adiuuat ad reti-
nēdā nām p hoc q̄ facit penetrare cibū velociter et p
hoc q̄ puocationē facit et facit sudare. et qñq̃ facit
vinū purū antiquū hoc. Qñq̃ eñ ille q̄ hz fluxū ven
tris bibit vasa terrea plēa hmōi vino. s. vinū post illō:
ita vt sit semp ebri⁹. q. et retinet̄ nā ei⁹. Et scias q̄ dor
mire ē ex reb⁹ magis iuuatiuis ei q̄ hz fluxū ventris.
¶ Et qñ fuerit cū fluxu vētris tussis dimittat illud in
quo ē acetositas vehemēs et stipticitas: et sit cōtētus
eis i q̄b⁹ nō ē illō ex cibariis et cibis: ergo eligat frigi
da et faciētia glutinationē. et illō in eo qō ē duꝝ et in
eo ē cōfortatiu corpis ei⁹ q̄ cibat̄ eo sicut sūt alsanich
Et nocet eis oē qō liq̄duz ē ex sorbitiōib⁹ et iuribus.
Et scias q̄ alrobub dulcia multotiēs nocēt cōmouē-
do sitim. ¶ Et ex retinētib⁹ fluxū vētris sunt balneuz
et fricatio p hoc q̄ dilatāt poros. Et multotiēs attra-
hit̄ māa ad exteriora corpis ex vnctiōib⁹ et fricatiōib⁹.
et ex eis sunt olea cal'a sicē oleū anetinū et silia. Et ex
retinētib⁹ fluxū vētris ē positio vētosaꝝ sup vētrē: iaz
eñ exptū ē q̄ vētose posite sup vētrē eoꝝ q̄ hñt fluxū
vētris et excoriationē cū dimittunt̄ q̄tuor horis restrin-
gūt: et nos iā experti sum⁹ illō. Et ex retinētib⁹ fluxū vē
tris sūt ēpla supposita stō et itestis fcā ex calefaciēti-
bus stipticis et ex ifrātib⁹ stipticis fz necessitatē. et
ex retinētib⁹ fluxū vētris cū cā ei⁹ ē huīor effus⁹ ad stōꝫ
et itestia ⁊ faciēs descēdere cibū ⁊ soluēs ipz: et euans
eū et cui⁹ eiōni adheret vt sequant̄ cū huores ē: qm̄
cū finit̄ illō et euat̄ alleuiat⁹ ē mod⁹ regiminis. Cūq̃
admistras medicias tūc icipe cū singularib⁹. si vo nō
valēt: tūc tēde ad cōposita. et restrictiue q̄ aut sunt
exiccatiue desiccatiue: aut cōstipatiue aut ifrātiue in-
spissatiue aut glutinatiue opilātes poros ex q̄b⁹ ema
nat. Et medicie singulares frē absolute: aut fm̄ frtus
tē retentiuā sūt sicē balaustie: et galle et acatia et rose

⁊ gũmi arabicũ ⁊ lutũ sigillatũ ⁊ lutũ armenũ ⁊ ypo quĩdos ⁊ spodiũ: ⁊ ꝓpe assatũ: ⁊ ꝓpe cõditũ cũ camphora: ⁊ fruct⁹ tamarisci: ⁊ gñа gnatoꝝ: ⁊ sumach ⁊ almirberis. ⁊ rens ⁊ semẽ acetose ⁊ semẽ portulace: ⁊ coriãdrũ ⁊ semẽ arnoglosse ⁊ succ⁹ barbe hircie ⁊ semẽ rose bonũ: ⁊ fruct⁹ mori imaturi ad excoriatiões: ⁊ succi stiptici exiccatiui ⁊ ipoꝝ rob. ¶ Et succi portu lace bibaẗ. ʒ.i. ⁊ ꝯfert. ⁊ lac acetosuʒ decoctũ in quo butyꝝ penit⁹ nõ ẽ. ¶ Et mediͨ q̃ð singulares calide ⁊ sicce sunt sicẽ cyminũ assatũ: ⁊ ameos anisuʒ assatũ ⁊ cortices thuris: ⁊ myrrha ⁊ storax sicca ⁊ aldarsiahã ⁊ sic laudanũ ipʒ ð q̃ i potu deẗ põd⁹. ʒ.ij. cũ ðcocto. ¶ Et case⁹ vet⁹ assat⁹ q̃ accipiaẗ sicẽ est: aut ðcoquãẗ i succo stiptico sʒ faẽ siti: ⁊ meli⁹ regimẽ ipi⁹ ẽ vt ablnaẗ cũ aq̃. Et sale aliq̃tiẽs aut ðcoq̃tur bñ vt egrediatur sal ei⁹: deiñ exiccet. Tũc. n. ʒ.i. ei⁹ restrigit ⁊ ẽ fortior ol re. ¶ Et ad pueros q̃ð qñʒ excorticaẗ nux ⁊ excorticata teriẗ ⁊ daẗ cum zuccaro sixo. ¶ Et aq̃ frã q̃titas auellãe vni⁹. ¶ Et attrimẽta ⁊ coagula constrictiue sunt. Et de coagulo q̃ð hedi qñʒ daẗ i potu infanti põdus q̃rte. ʒ.i. i aq̃ frã. ⁊ magno supra illð vsʒ ad põdus. ʒ.i. Et ẽt ex coagulo leporis. nã ipʒ retinet vẽtrẽ stati: ⁊ oʒ vt icipiat q̃ ad potãdũ dat coagula a danich. i. si ꝟo ñ ꝯfert addat ex eo vsʒ ad illud qð nõ ptrãseat in põdere. ʒ.i. Et case⁹ q̃ð vet⁹ c⁹ regimẽ p̃teritũ ẽ est cũ ex eo daẗ i potu. ʒ.i. ẽ mioris nocumẽti et fortioris opõnis q̃ coagula. Et iã existiauerũt q̃dã q̃ qñ frustũ ex alrob aduriẗ donec denigreẗ: deiñ datur i potu ex eo põdus. ʒ.ss. tũc strigit ventrẽ. ¶ Et q̃dã amic⁹ me⁹ ex medicis iã dixit illð veꝝ eẽ expimentũ. Et sterc⁹ cãis comedentis ossa solũ cũ in potu ex eo daẗ põdus. ʒ.i. ⁊ ss. cũ ðcocto retinet fortiẗ ⁊ ꝓpe siccũ acceptũ in aq̃. Et ex eis q̃ nõ ptinẽt ad vnã duarũ extrẽitatũ ẽvẽter strutij exiccat⁹: ⁊ dosꝭ sit. ʒ.iij. exiccet ⁊ limet cũ lima ⁊ deẗ i potu ex eo q̃titas ꝙ illi q̃ hʒ diariã i rob myrti aut rob de cydoñijs sʒ declinatiões ꝯplonis. Et iteꝝ lac caprinũ ꝯcoctũ dõec ingrosset aut decoctũ cũ lapidib⁹ pluuialib⁹ ignitis ⁊ ter i ipm piectis ⁊ qñʒ poniẗ i ipo paꝝ rixi sixi. ¶ Et iteꝝ vitell⁹ oui elixati i aceto. ¶ Et ex ꝯpositis declinãtibus ad frigus sũt trocisci ð spodio muscati: ⁊ trocisci nolati calidicõ: ⁊ tro. de luto sigillato: ⁊ trocisci ð balaustijs: ⁊ trocisci alseluzahar agi: ⁊ trocisci ð ypoq̃stidos: ⁊ trocisci de croco: ⁊ trocisci ð opio ⁊ trocisci ð papauere muscati. ¶ Et pillule ð opio: ⁊ pillule ð mãdragora. Et suffuẗ de gñis gnatoꝝ: ⁊ pillule ð sandaraca. Et ad fluxũ supfluũ põdus. ʒ.ij. ostracoꝝ adustoꝝ: ⁊ luti armẽi mediati ⁊ spẽs assatoꝝ cũ luto sigillato. Et nõ oʒ vt sit supfluitas i assatõe eoꝝ: ⁊ liq̃fiat eoꝝ ꝟt⁹ imo oʒ vt igniaẗ vas ⁊ eleueẗ sup ignẽ ⁊ dimittaẗ sup ipm ⁊ moueaẗ dõec assenẗ. ¶ Et ex ꝯpositis declinãtibus ad calorẽ siue pu⁹ sit aut magn⁹ sũt trocisci alesenati. ⁊ elariũ alcãzi: ⁊ elariã q̃ dicã in antidotario et elariũ de seib⁹ stipticis. ⁊ troc. ð trocudes: ⁊ troc. de karabe. ¶ Et iteꝝ sumaẗ gallaꝝ nõ pforataꝝ viridiũ ⁊ corticũ gnatoꝝ ⁊ sumach ⁊ pipis oluʒ añ. ʒ.ss. teraẗ ⁊ ꝯficianẗ cũ al. oni: ⁊ ꝯcaueẗ gnatũ ⁊ ꝓiciaẗ i ipo et oplet ei⁹ foramẽ cũ pulpa ⁊ ponaẗ sup prunas. Et ex illis ẽvt sumaẗ tritici faria: ⁊ misceaẗ cũ aliq̃ntulo ð ameos ⁊ fructu tamarisci: ⁊ nasturtio: ⁊ dissoluaẗ cũ oleo omphacio ⁊ ꝯficiaẗ ⁊ fiat pãis ⁊ exicoeẗ i furno: deinde sumaẗ ex eo ꝯtrito põd⁹. ʒ.x. ⁊ bibaẗ in aq̃ frida ⁊ pauco vino. ¶ Et hui⁹ q̃dẽ gñis ex eis q̃b⁹ curanẗ pueri cũ accit eis flux⁹ vẽtris tpe natiuitatis dẽtiũ ipoꝝ ẽ illð qð. ℞. papaueris ⁊ gñoꝝ myrti ⁊ thuris masculi cipi oliuin añ. ʒ.ss. teranẗ bñ ⁊ dissoluanẗ in lacte ei⁹ cui⁹ lac sugat: ⁊ deẗ in potu. ¶ Et hui⁹ q̃ð gñis est medicamẽ bonũ exptũ qð. ℞. granoꝝ passulaꝝ exiccatoꝝ ⁊ bñ tritoꝝ donec fiãt sicut puluis: et ℞. ossiũ adustoꝝ ⁊ medulle glãdiũ ⁊ coaguli ⁊ coriãdri assati ⁊ sumat xylocaracte spine ⁊ semis apij et cynum isusi in aceto ⁊ pãis azimi sicci thuris ⁊ ameos ptes eq̃les teranẗ valde et cribelleẗ illud et põaẗ de coagulo min⁹ q̃ de alijs: aut sit medietas ptis: deiñ sumaẗ ex eo ol hora nabac vna: ita vt sit q̃titas que sumiẗ i die ex eo. ʒ.xx. et si fuerit de coagulo min⁹ q̃ ps. i. tunc minuat ex illo: et si fueriẗ coagulũ pl⁹ tunc restringit nãʒ in die vno. ¶ Et hui⁹ q̃dẽ gñis ẽ vt sumanẗ ciperis spica ⁊ balaustie et minutũ thus ⁊ aliq̃ntulũ gallaꝝ. s. q̃titas medie ptis: decoquaẗ i aq̃ deinde coleẗ illa aq̃ et puluerizeẗ sup eã de gallia muschata et xyloal. crudo bono aliquid fm q̃ exigit dispositio ⁊ bibaẗ. ¶ Et huiusgñis est illud qð. ℞. ʒʒ. atrimẽti alexẽr ati sumach ptes equales sumaẗ ex eo in suffuẗ põd⁹. ʒ.ij. vsq̃ ad duos aure. ¶ Et hui⁹ gñis et ꝓpinquius ad eq̃litatẽ est vt sumaẗ capillus veneris: et spica arõatica: et semẽ auellãe bedeoard et radix arboris pini: et fiãt ex eis trocisci. ¶ Et scias ꝙ necessitas spodij est ad ꝯstringẽdũ sanguinẽ. ⁊ necessitas seminũ est ad ꝯstringẽdũ fluxũ stomaticuʒ. Et necessitas psilij: aut arnoglosse assati ẽ ad pũcturã. Et si nõ ipm fluxũ remouẽt syrupi et ꝓptie quoꝝ assatio iterata ẽ. ¶ Et cib⁹ sit quẽ diximus. ¶ Et ouuʒ q̃dẽ elixatũ iuuatiuũ ẽ in fluxu vẽtris facto ab attractione itestinoꝝ: et nõ est ꝯueniẽs epatico et stomatico: imo qñq̃ nocet. ¶ In narcoticis ꝟo est timor lʒ qñq̃ accidat vt sint necessaria: nã ipa qñq̃ ꝯferunt inq̃ztũ ingrossant mãm ⁊ inq̃ztũ faciũt dormire et ꝓlõgãt necessitatẽ surgẽdi ad ascellã ꝓpter sensũ mordicationis. ¶ Et quocũq̃ mõ sit nõ opʒ vt admistrẽtur q̃diu ab eis excusatio esse põt. ¶ Qð si necẽia fuerit eoꝝ admistratio nõ exhibeanẗ ei cui⁹ infrigidaẗ corpus ⁊ debilitaẗ virt⁹ ⁊ apparet illud i pulsu. ¶ Si vero necesseriũ fuerit misceanẗ cũ eis que sunt sicut castoreum et crocus et silia. ¶ Et iã testati sum⁹ nos vidisse qui supposuit sibi collyriũ ex opio et mortu⁹ fuit. ¶ Et cũ posẽ est vt admistreẗ in collyrio nõ administreẗ in potu. et qñ posẽ est vt admistreẗ in emplastris nõ administretur supposito^m ⁊ factũ collyriũ. ¶ Et ex ẽplastris stupefaciẽtibus est vt sumat opij et seminis iusquiami albi amborum añ. partem. i. et cuppularũ glandiũ et balausti. et acatie et thuris et myrrhe olum ana partes. v. aggregenẗ cuʒ succo iusquiami albi: aut succo corticũ papaueris: aut decoctione eorum et liniatur cum eo. est enim bonuʒ. ¶ Narcoticum potãdũ fortis stipticitatis. ℞. coaguli leporis pondus danich. ij. et opij tantũdem gallarũ. ʒ.vij. et thuris. ʒ.ss. fiant ex eis trocisci et sit portio eoꝝ medietas auẗ. vnius. ¶ Et iteꝝ gallaꝝ imaturaꝝ pars. i. thuris opij amboꝝ ana. ps. ss. Et do=

fis sit vsq ad.ʒ.i. ¶ Et iterum selis iusquiami albi: ⁊ opij
⁊ papaueris ⁊ spodij ⁊ balaustiarum ⁊ thuris ptes equales
⁊ dosis sit vsq ad.ʒ.i. ¶ Et iterum o; iu sandaraca ⁊ mi
nutū thus myrrha crocus: ⁊ dent in potu ex eo due
pillule sicut cicer. ¶ Et conuenientius illo ē illud qđ. ℞. ca
storei opij storacis liquide selis iusquiami albi myrrhe cro
ci assari thuris amieos ptes equales: cōficiant cū melle
dispumato: ⁊ sit dosis sicut nabac. ¶ Et iterum merda asen
gi q̄rta.ʒ.i.coagli.ʒ.ß.ossis adusti gallarum añ.ʒ.i.opij
dauich vnum. ¶ Et iterum acatia ⁊ gallarum ⁊ opij gūmi
oliu3.añ.ps.i.fiāt ex eis trocisci. ¶ Et iterum narcoticū
ad bibendū cōstringēs i duob⁹ dieb⁹. ℞.amoes ⁊ selis
apij ⁊ corticū granati acetosi ⁊ gallarum ⁊ sauie ptes eq̄=
les oliu3.opij ptē.ß.terant̄ oīa sicut alcohol: ⁊ sit dosis
ei⁹ ex.ʒ.i.vsq ad aur.i.i mane ⁊ tātūdē i sero: ⁊ puero
ex vno dauich vsq ad duas dauich. ¶ Et ex medici
nis fluxus vētris q̄ cōueniūt ei q̄ cū fluxu h3 tussi3 sūt
sicut myrt⁹ ⁊ mastixe gūmi arabicū ⁊ thus ⁊ psiliū assa
tū ⁊ spodiū ⁊ castanee ⁊ nux auellane assate: ⁊ oīno o3
vt det̄ illud in quo nō ē acetositas ⁊ pōticitas vehe=
mens: imo opilatio ⁊ cōfortatio. ¶ Qđ si nō fuerit ex
cusatio dent̄ pōtica: deiñ cōtrarium exhibeant̄ eclaria lenifi
cātia pect⁹. ¶ Et mlta qđ ex eclarijs fcis ex papauer
⁊ dragaganto ⁊ gūmi ⁊ xilocaractis ⁊ fructu myrti ⁊
amili assati ⁊ mucillagie rerum q̄ prius assant̄: deiñ in=
geniet̄ in extēdo earum mucillaginē q̄ contingunt iter
vtrasq res. ¶ In cibis āt eorum o3 vt nō sit mordica=
tio neq salsedo plurima ne3 acetositas nociua ⁊ mo=
neat virtutē expulsiuā. Et hoc est sicut illud qđ de lacte
decoctio cū lapidib⁹ ignitis diuim⁹ ⁊ ppue illud in q̄
extinguit̄ ferrū aliquotiēs. ¶ Et meli⁹ illo ē lac ace=
tosum ablato butyro cū rizi aut milio assatis. ⁊ expe
riat̄ sūma ei⁹ qđ digerit̄. cū ei nō digerit̄ aliqđ sumat̄
acceptio minor. ¶ Et de lactib⁹ decoctis fortius con
fortās ē lac vaccinū. ¶ Et qđ ex eis cōuenienti⁹ ē cale=
factis ē lac caprinū cū hoc q̄ ipsum ē magis stipticū:
⁊ lac acetosu3 ē meli⁹ calefactis q̄3 nō acetosu3 ⁊ sicut
medulla similaginea assata i frigidata exiccata: ⁊ sicut
panis cui⁹ farina cōfecta ē cū aceto fcā panis valde: ⁊
est calefactis vltim⁹. ¶ Et sicut lens decocta in duab⁹
aq̄s effusis super eā: deiñ decoquāt̄ i tertia donec ispisse
tur ⁊ acescat aut nō acescat ⁊ sicut illud qđ fit acetosu3.
¶ Acetosa aūt sunt sicut illud qđ fit ex sumach ⁊ granis
granatorum ⁊ tortellis i coriādro. ¶ Et quādoq ponit̄ in eo
rizi: ⁊ fabe decocte cū aceto sunt bōe eis. ¶ Et ex ci=
bis eorum q̄ comedunt̄ ⁊ sūt i seipsis curatio bōa: ē vt
sumant̄ ⁊ sauich ordei pugilli.ij.selis papaueris pu=
gillus.i.⁊ corticū papa.pugillus.i.decoquant̄ valde
⁊ colent̄ ⁊ sumant̄. ¶ Et si acetosa fiāt cū sauich ma=
lorum acetosorum: aut grana granatorum: aut sumach erit cōue
niēs. ¶ Et sit eorum sal salgema terat̄: deiñ pfricet̄ bñ
deiñ admisceant̄ ei grana granatorum ⁊ coriādrū ⁊ sumach
⁊ si nō est calitas vehemēs pmisceat̄ cū eo caseus ve
tus assat⁹ trit⁹. ¶ Et o3 vt nō sumāt i potu nisi frigi=
dū q̄lecūq sit. Frigidū.n.cōstringit ⁊ tepidū resoluit
⁊ sit nociuū plus nisi in colerica passiōe s3 q̄ cōditio=
natū est. Et i opilatiuo ⁊ i apostemoso. ¶ Et carnes in q̄b⁹
dat̄ ei licētia sūt carnes alteiugi ⁊ alcubugi ⁊ aldura
gi ⁊ aues pue et alcanabir et caro lepori et alcata et
alsefē et alfuahein caro ascorie ppe: et rētēvt sint as

sate cū selib⁹ cōdite aut acetose. Et ēt vitell⁹ oui elixa
ti in aceto. Et almusus at fcā ex eis cū eis q̄ sūt sicut
grana granatorum. Et passule magnorum iteriorum et coriādrū
et cū eis q̄ fit sicut sumach et q̄ eis it sūia ex fructu rubi
et capol vit3: et folijs acetose: et folijs arnoglosse: et
caul' ilate decoctiōis: et pisces qui decocti cū aceto ⁊ ex
eis q̄ currūt cursu feminū et flos fistici ⁊ flos 3arur ⁊
coriādrū et grana myrti. Et qui nō digerūt carnē fiāt
eis cōtritiōes ex carne pullorū et alcubugi et silū: et
decoquant̄ fortiter et misceat̄ cū eis rizi et milij parum
deīde colent̄ et reducāt̄ super ignē donec appropiquēt
coagulatōi: deiñ fiāt acetose cū sumach aut granis gra
natorum et silib⁹. Et alcordumech iuuatiuū ē eis cū nō
corrūpit̄ digō valde. Et o3 vt nō saliat̄ nisi parum et vt
currat ex eo in mane hūiditas plurima. Et pedes ve
hementis sunt iuuamēti cū decoquunt̄ in rizi assato.
Et vitēt fruct⁹ oīo q̄uis sint stiptici nisi cū stōus. refu
git ex cibis: s3 castanee nō nocent eis et silr alcasbu.
Et si cib⁹ subtilis corrūpat̄ in stōis eorum cibet̄ cibis in
q̄b⁹ sit grossitudo sicut sūt pedes cū robub stipticis ⁊ sicut
sorbitiōes fortes fcē ex rizi et milio. Et q̄n3 iuuant̄ q̄=
dā cū cibo infrāto fcō ex vētrib⁹ et silib⁹. Et aceto fa
cto ex bōis ptib⁹ vacce cōedāt acetosu3 solū cū micis
Et sumat̄ cū eo si appetūt aliqđ ex eis bōis s3 q̄ntita=
tē virtutis digōnis: et nō sunt vētres cōuenientes vltime
oīb⁹ spēb⁹ ascellatiōis. Et ex sorbitionibus laudatis
eis ē vt sumat̄ papauer et asset̄ plm: deīde fiāt ex eo
et ex rizi et milio sorbitio et si volūt fiat acetosa cū su
mach et granis granatorum et silib⁹. Aut fiat sorbitio
ex tortellis siccis et rizi et adipe renū caprarum. Aut in
fundant̄ sumach in aq̄ plu. die et nocte et buliat leni
ter: deiñ colet̄ vehemēter: postea ponat̄ in ea coriān=
drū et dimittat̄ vsq q̄ isundat̄: deiñ coquat̄ postea ꝑ
dissolutio i ea māib⁹. deiñ colet̄ et pūciat̄ fex deinde
sine cessatiōe moueat̄ super ignē cū ligno donec redeat
ad silitudinē cibi: deīde cōdiat̄ cū sale pauco et sit pin
guedo ei⁹ adeps hedi. Aut amigdale assate cōtrite et
parum olei. Et nō multiplicent̄ in ipsa sal et pinguedo. Et
ita sit siue cib⁹ sit calid⁹ siue frīd⁹. Et ex eorum pinguedi=
nib⁹ ē oleū omphacinū. Et o3 vt sit aq̄ eorum aq̄ plu. in
ipa. n. ē stipticitas. et existimo q̄ mltitudo iuuamenti
illi⁹ ē pp velocitatē sue attractiōis ad epar et veloci=
tātē resolōnis ei⁹. q̄r nō relinq̄t in chilo hūiditatē. Et
iterdicat̄ eis vinū. Si aūt non fuerit excusatio et fuit
vir⁹ redrēs ip3 vt ipo reuiuiscat: tunc sit nigrū stiptici
saporis parum. Et recti⁹ qđ ē vt nō cōedat cibos plurīū
specierum ne3 multotiēs: imo o3 vt sint cōtēti cibo pauce q̄nti
tatis et sit vice vna: et vt pmittāt super cibū illud qđ est
magis stipticū: aut sugāt añ ip3 aliqđ d' cydōis et gra
natis acetosis. et nō bibāt super illū aquā. et si expecta
uerint et nō bibāt oīo erit cura per se et ppe cū nō mo=
uent̄ ad eā. Et o3 vt pmātur eorum extrema superiora vt
attrahat̄ nutrimētū ad ea et vt ēplent̄ stōi eorum cū me
dicis stipticis retētiuis frīs et calīs et pmittat s'm q̄
exigit dispō. Et o3 vt ponat̄ in eis stiptica et mastix et
myrrha et tortelle. et almeisus est plurimi iuuamen=
ti cū ponit̄ in medicinis. Epithima bonū quo linitur
illud qđ ē inter stōm et epar. q̄n cōicat in fluxu buliāt̄.
ʒ.x.absinthij cū vino et colet̄ et ponat̄ super locu3 cū
pāno: deīde sumant̄ rosarum et balaustiarū ⁊ myrti sic

ce ⁊ acatie ⁊ hypoquistides ⁊ gallaꝝ ptes eq̃les ⁊ misceã tur cũ aq̃ myrti ⁊ inspisset absinthiũ predictũ et ẽpla strenẽ cũ eo. Et scias ꝙ tyriaca ẽ ꝯferẽs valde ol fluxui vẽtris in quo intẽdit ⁊ deijcit virtutẽ ⁊ cui⁹ cã nõ est aṗa neqꝫ cũ eo ẽ febris vehemẽs. ¶ Et ꝯsiliũ quod dãdũ ẽ illi q̃ nõ ꝑmutat ex loco suo ⁊ iã retẽta est ei⁹ ascellatio quã habuit sed corp⁹ ei⁹ nõ recipit nutrimẽ tũ: ẽ vt cõedat ꝑuaꝝ auiũ ⁊ almime hit pectora absqꝫ extremitatib⁹ eoꝝ magis tardis ad descẽdẽdũ in patella coctoꝝ. Et silr illi cui⁹ appetit⁹ ẽ ad cõedẽdũ et debilitat ei⁹ digõ: dẽtur iste res ⁊ caro rubea frixa cũ oleo pulverizato de sup cinamomo ⁊ infundat illud ẽt in syrupo de cydõijs ⁊ malis.

¶ Tract⁹ scõs ð curatiõib⁹ spẽꝝ solonũ vẽtris diuersaꝝ ꝑdictaꝝ post cessationẽ a cura vlĩ.

¶ De cura fluxus epatici. Cap.j.

Iam sciuisti cãs flux⁹ epatici: ⁊ sciuisti curationẽ cuiuſqꝫ cãe. opꝫ ḡ vt redeas ad illð: et cures malitiã cõplõnis ei⁹ ⁊ aṗa ipsi⁹ et debilitatẽ ⁊ opilationẽ ⁊ repletionẽ eius ꝑm vnũquodqꝫ cũ eo qð dr̃ in capitulo suo. Nã cum tu feceris illud tũc iã curasti. ¶ Et illð qð cadit i hoc ca. ð errore ẽ vt denť illi q̃ hꝫ fluxũ epaticũ opilatiuũ medicine cõstipatiue addẽtes in opilatiõe ꝯfortãtes eã vt cõstringãt nãm ⁊ ꝑducit illð ad errorẽ maximũ ¶ Et multotiẽs q̃dẽ linit insipiẽs epar in hac ascellatione cũ inspissantib⁹ sanguinẽ ⁊ extinguentib⁹ epar ꝑ hoc ꝙ sunt frigida ⁊ in hoc est mors ⁊ successio putrefactiõis: imo oꝫ cũ sciveris ꝙ cã in ipõ est opilatio in ẽpe ⁊ mesaraica vt intendas cũ aptiõe opilatiõis. ¶ Et iã laudate fuerũt passe pigues in hoc caplõ ita vt q̃dã existimauerũt ꝙ ipẽ sanãt fluxũ lotiuũ difficilẽ. ⁊ nos q̃dẽ iã expti sum⁹ illð qð fuit res nõ lõginq̃ ab eo qð dixerũt. ¶ Et in inceptiõe ascellatiõis epatice ꝑmũ ẽ vt nõ approximet epar pani: qm̃ epar non recipit ipꝫ: imo rect⁹ est vt sit ꝯtent⁹ aq̃ sauich in diebis aut ter. Qð si tolerat iiine sumat ꝑmixtionẽ milij cũ eo decoquẽdo: deinde colãdo ipm̃ faciat. Et si tolerat vt comedat decoctũ nõ colatũ faciat: ⁊ in decoctione sit sacraiati. i. de sauich cũ. xx. sacraiati aq̃ ⁊ decoquat vsqꝫ q̃ ingrosset. ¶ Cũqꝫ in vase nõ fuerit varietas nõ erit malũ vti adipe galline. ¶ Et qñ ẽ ascellatio sanguinea epatica sic pus tũc nõ oꝫ vt retineat ð subt⁹ aliq̃d vt nõ retineat aliq̃d nocitiuũ ⁊ accidat ꝑ illð nocumẽtũ: imo denudet regimẽ ⁊ cura desuper.

¶ De cura fluxus stomatici ⁊ intestinalis absqꝫ excoriatione: ⁊ primo de lubricatiuo. Capi.ij.

Iam sciuisti qualr curat lubricitas stõi cũ spẽb⁹ suis. ¶ Et cura lubricitatis intestinoꝝ prima ẽ illi ⁊ ꝓportionalis ei. Et cũ hoc nos afferemus potiones ⁊ empl̃a ⁊ canones digniora istis locis ⁊ canões ad eos in q̃bus nõ sũt vlcerosi. ¶ Et sũt vt ꝑmisceas stiptica fortꝫ stipticitatis cũ medicis calefactis dãdo eas l potu ⁊ ponẽdo i ẽpl̃is. ⁊ vt vtãt medicis q̃ adiuuant nãm ⁊ ꝯfortãt ipm̃ sicut tyriaca magna ⁊ hermesia ⁊ athanasia. ¶ Et opꝫ vt administres narcotica qm̃ ipsa sunt fortis iuuamẽti in hac egritudine. ¶ Et si signt signis multitudinẽ flegmatꝫ labora l euacuãdo ipm̃. Et si nõ valẽt medicie ꝓpinque fortes ⁊ fortes fortitudine tẽperata: tũc fortasse indiges eis que sunt sicut elleborus. veꝝ eũo mãei hui⁹ egritudis cũ vomitu est difficilis ⁊ mala ⁊ raro euacuat võit⁹ flegma descẽdẽs ad intestina. ¶ Et nõ oꝫ vt bibãt aquaꝫ inquãtũ poſe est. Ampli⁹ si bibũt eã nõ cõcedit vt bibãt eã oino calidã. ¶ Et vinũ q̃dẽ vetus subtile puꝝ parũ ꝯfert eis. ⁊ illð qð diuersificat ab illo nocet eis. ¶ Et si diligũt vt in secundis mẽsis comedãt: cõedãt in eis ea q̃ sunt sicut sauich algobere: aut sauich alcabo ⁊ sauich de siliquis: sauich de ḡnis ḡnatoꝝ ⁊ sauich de nabac. Coriãdrũ ṽo est fortis impressiõis in retinẽdo cibũ in stõ. ¶ Et ex cõpositis bonis ad eos est illð qð. ℞. seminis arnoglosse ⁊ anisi amboꝝ añ. ʒ. i. ⁊ corticis granatoꝝ ⁊ san. draconis ãboꝝ añ. ʒ. ß. ⁊ est potio vna: ⁊ oꝫ vt bibat in vino põtico. Et si fuerit illic fe. tũc cũ aq̃ plu. ¶ Et ex cõpositis ꝯferentib⁹ eis ẽ electuariũ de gallis ⁊ electuariũ de thure ⁊ elm de siliquis. Et de emplis cõferũt eis sicut emplm de semine lini cũ dactilis ⁊ cõfortatur cũ eis q̃ sunt sicut succi cydoniorum ⁊ aliũs humidi ⁊ hypoquistidos ⁊ acatie ⁊ balaustiaꝝ ⁊ masticis ⁊ rosaꝝ ⁊ rubi ⁊ myrti ptes eq̃les. Et q̃ñqꝫ fiũt ex istis medicinis maram cũ cera ⁊ oleo sicut emplm abricalis ⁊ emplm rubus ⁊ emplm de fausel cũ fuerit calitas. ¶ Facti autẽ ꝑꝑvl cera intestinoꝝ cura est cura vlcerum ⁊ mititudo administratiõis exiccantiũ stipticoꝝ ex medicinis fridis sic ẽ illð qð fit de agresta ⁊ sumachia ⁊ curet cura dissinterie quã dicem⁹. Et cũ cã colerica illic ẽ illa q̃ effũdit ⁊ vlcera tũc meli⁹ ẽ vt ipsa eũet in estate cũ võitu ⁊ nõ eũes eã ex via vlceꝝ. Et qñ cã ei⁹ ẽ flegma neciũ ẽ tibi vt eũes flegma ꝑ clystere dictũ in ca. suo ⁊ epices cibũ ⁊ calefacias ipꝫ ⁊ põas ipꝫ ex assatis ⁊ alcalage factis ex carnib⁹ leuib⁹ ⁊ miora potũ aq̃. Deinde si idiges fortiori illo: tũc vtere aut albo aut ad stõꝫ aut nigro ad itestia iferiora ẽ ẽt ex eis q̃ eũãt linita.

¶ De cura vlcerosi. Cap.iij.

Medicamẽ bonũ ad lubricitatẽ hũidã ⁊ ẽ sic cib⁹. ℞. passas nigras q̃ coquãtur ⁊ terant cũ suis interiorib⁹ ⁊ misceant cũ eis cortices ḡnatoꝝ alboꝝ et piper albũ ⁊ oleũ omphacinũ ⁊ cõedat cũ pane. ⁊ oꝫ vt cõmisceant cũ eo qð in ipso administrat de stipticis fris mastix ⁊ th⁹: ⁊ si tolerat piper. Et cum chronica fit solutio vẽtris lubricatiua ⁊ ꝯtingit vt ṽtus cadat tũc neciũ ẽ in hoc vt incipias cũ eq̃tione cõplõnis ⁊ calefactiõe ei⁹. ⁊ facias egrũ vt exercitio qð ipse toleret: aut facias ipm̃ ingredi balneũ: ⁊ ꝑmas cũ ꝑfrione subtili ⁊ frica qð de corpore eius apparet: deinde da ei ad sorbẽdũ iacẽti ſi sedẽti: imo cora ei⁹ supiore ⁊ toto qð supra ipam ẽ in ꝑparatiõe aliq̃d de aq̃ carnis fortis ðcoctiõis cũ q̃ mixta sint vinũ stipticũ subtile ⁊ tortelle sicce. Et si tolerauerit ṽtus ⁊ cõplõ ei⁹ vt ꝯñter adhibeas aliq̃d penetrare faciẽs sicut diapipereõ ⁊ diacalamẽtũ: fac illð ita vt faciãt ipꝫ penetrare: nã cũ feceris illð attrahet epar aliq̃d illi⁹ cibi ⁊ cõfortabit eo. ¶ Reliquaꝝ ãt spẽꝝ flux⁹ stõi q̃ ẽ ĩfra lubricitatẽ plimã cura nota ẽ ⁊ appropinquat curatiõi lubricatiui. In illa ḡ cui⁹ cã ẽ colera ru. plurima effusa ad stõm ⁊ intestina oꝫ vt tẽperes mẽbrũ in q̃ ḡnat colera ⁊ a quo ꝓcedit. s. epar ⁊ fel ꝑ illud qð sciuisti l. c. suos euacues supfluitatẽ colericã si fuerit plima.

¶ Et recti⁹ illo ē cū vomitu si possibile est ꝛ leuet cuz fluxu vētris si nō fuerit in ꝟtute debilitas ꝛ nō timetur vt accidāt vlcera aut ꝙ sint fcā. Et post illō icipe in pmis infridātib⁹ ꝛ stipticitatē facientib⁹ pdictam. Et multotiēs q̄ idē sanat hāc lesionē sumere in potu mirabo. citrinos. Ipsi eñ educūt colerā ꝛ faciūt succedere ꝟtutē infridatiuā faciētē stipticitatē. Et ex eis q̄ ꝯferūt eis ē administratio lactis acetosi ꝛ ppe cū spodio. ꝛ silr cū aq̄ sauich ordei. Et si fuerit cā ei⁹ flegma curet̄ cū eis q̄ educūt flegma ex ebibitis ꝛ clysterib⁹ si fuerit plurimū valde: deinde curet̄ cū eo qd̄ constipat ꝛ calefacit calefactiōe tpata. ¶ Et ex eis q̄ ꝯueniūt ad illō ē elm de ḡnis ḡnatoꝝ qd̄ ē cū cinamomio et elm. alcāzi. ꝛ trocisci de spēb⁹. ¶ Et si fl'a ē vitreū non ē excusatio eoꝝ q̄ sūt sic̄ trocisci askiladis ꝛ suffuf facti ex anitudē ꝛ ameos: ꝛ cymio in aceto posito ꝛ assato ꝛ semine lini torrefacto ꝛ galla ꝛ balaustijs ꝛ carni ꝛ myrrha ꝛ thure cū spodio s̄z ꝙ tibi bñ visuz fuerit de mēsuratiōe testimōij. Et si fuerit illic flegma ꝛ colera sil' ꝛ sigñt illa exit⁹ ei⁹ qd̄ egreditur ꝛ reliq̄ signa iuuabunt̄ si sumpserint myrabol. citrinoꝝ ptē. i. ꝛ nasturcij ptē. ß. cū q̄b⁹ misceat̄ zuccari ꝛ ḡnoꝝ myrti ꝛ sumac ꝛ carmesech oiuz ana sextā ptis illi⁹. ¶ Et si fuerit cā melia effusa ad ip̄z nos faciem⁹ ei ca^m singulare qd̄ appropriat̄ ei cū caplis flux⁹ melici ꝛ proportiōabim⁹ ip̄z ad splenē. ¶ S̄z et q̄ est s̄m cibaria ꝛ cibos singulare ēt faciem⁹ caplm. ꝛ si nō fuerit nisi debilitas fortis ꝛ malitia cōplexiōis ꝯsiderabis malitiā ꝯplexiōis p signa sua. ¶ Et plurimū q̄dē malitie cōplonis itestioꝝ ē cōicās malitie ꝯplonis stōi: ꝛ signa ei⁹ sunt signa illi⁹. ¶ Qd̄ si debilitas fuerit in digestiua sola ꝛ fuerit frig⁹ iuuant̄ cū el'o alcāzi ꝛ iuuant̄ cū el'o nr̄o qd̄ ē s̄m modū hūc. ¶ ℞. xyloal. crudi ꝛ cymini in aceto infusi ꝛ assati ameos carui. ʒʒ. assari ꝛ cardamomi interioꝝ passulaꝝ tritoꝝ ptes eq̄les ꝛ fiant ex eis suffuf. ꝛ dof sit vsq̄ ad. ʒ. iij. Et si fuerit illic vētositas plima pōam⁹ in eo semē alcesebrā ꝛ semē rute. Et iteꝝ ꝯpositū q̄rūdā plime vtilitat' in hoc ca. ℞. ʒʒ. seis fenicli ꝛ anisi ꝛ pipis longi ꝛ cardamomi oiuz añ. ʒ. iij. ꝛ seis ameos ꝛ apij āboꝝ añ. ʒ. iiij. ꝛ cassie xẏ ꝛ calami aromatici ꝛ cipi ꝛ xyloal. crudi oiuz añ. ʒ. iij. ꝛ ß. ꝛ galie. ʒ. v. ꝛ croci. ʒ. iiij. ꝛ gariofil. ꝛ blacte bizātie ꝛ nucismuscate oiuz añ. ʒ. iij. ꝛ sextā ḡnoꝝ myrti. ʒ. xx. i formenī ex eo trocisci ꝛ sit dosis eoꝝ s̄m mēsurā testificata. Et iuuāt in ea trocisci almarmaur ppe si fuerit ꝟtus expulsiua debilis ēt. ꝛ iuuāt in ea empl'a pdicta calefactiua. ¶ Et si fuerit cū debilitate expulsiue pinisce ea cū absinthio. ¶ Qd̄ si fuerit corruptio pp calorē administrabis medicias infridatiuas ꝛ sit in eis stipticitas aliq̄ ꝛ ingrossa cibū ꝛ fac cū ex genere frigidoꝝ grossoꝝ de q̄b⁹ dixim⁹ in ca° malitie digōnis: ꝛ opȝ ꝙ adiuueris cū eis q̄ dixim⁹ in eodem ca°. ¶ Qd̄ si fuerit debilitas in retētiua pp frigus aut calorē administrabis stiptica pdicta in initio capituli calida aut frigida. Et si fuerit expulsiua ēt debilis administrabis suffuf de scoria ferri nucismuscata i sirupo de mēta ꝛ administrabis ēpl'a s̄z necessitatē.

¶ De cura fluxus colerici. Ca. iiij.

Iam dixim⁹ iȝaȝ i ca° stōi: ꝛ ē pdict⁹ i fine rei cuz curatiōib⁹ dispōnū epis ꝛ fellis ꝛ stōi q̄ñ antiū colerā ꝛ opȝ vt queratur illic.

¶ De cura flux⁹ melācolici ꝛ ē splenetic⁹ flux⁹ in quo non est excoriatio. Cap. v.

Opȝ vt intēdas in ipso curā splenis ꝛ cām ei⁹ cognoscas ꝛ opponas p illud qd̄ necīū ē i eo. Et si fuerit illic multitudo melācolie ꝛ exuberātia ꝟtutis euacuabis cū decoctiōe epithimi ꝛ silib⁹. Et si fuerit grossa sic̄ fex ꝛ nō fuerit ab epate imo pp grossitudinē melie ipsi⁹ tūc administrabis in ipsa hoc solutiuū si fuerit virt⁹ fortis. ℞. salis gēme partē. i. ꝛ spine egyptiace ptes tres: ꝛ elli nigri ptes. ij. decoquant̄ itaq̄ spina ꝛ elleborus in aq̄ fortiter ꝛ dissoluat̄ in ip̄a sal ꝛ colet̄. ꝛ hec ē via flux⁹ ei⁹ ꝛ purgatiōis ei⁹ ab eo qd̄ fluit ex eo. ¶ Et si necīa fuerit flōmia: flōma ꝛ ꝯforta epar ꝛ ꝯforta os stōi. ¶ Et si cā fuerit in fluxu stomatico melico pp illō qd̄ effundit̄ ad stōm ex hūoribus melicis pone sup splenē vētosas retētiuas retēto in eis illo qd̄ ab eis ꝯprehēdit̄ ad stōz ꝛ itestina. Et post ea rege cū eo qd̄ ē subtile ꝯfortatiuū sic̄ ē h⁹ ꝯpositū ꝙ ē nr̄z. ℞. ḡnoꝝ ḡnatoꝝ. ʒ. x. beē rubei torrfacti. ʒ. i. ꝛ seis alscebrā. ʒ. i. ȝedoarie. ʒ. i. karabe. ʒ. i. ꝛ sel'arute. ʒ. i. rizi. ʒ. i. fiat ex eo suffuf. ꝛ sit dof ei⁹. ʒ. iij. Et iteꝝ sumant̄ ḡna ḡnatoꝝ ꝛ passe nigre terant̄ cū aceto ꝛ aq̄ exp̄mat̄ desup ꝛ colet̄ ꝛ p̄uciat̄ desup salis paꝝ ꝛ origani ꝛ intingat̄ cū eo. ¶ Si aūt necīa fuerint fortiora hoc sumant̄ thuris cipi et nucis cupsii et gallie añ. ʒ. ß. cotellaꝝ. ʒ. i. bibat̄ cū vino antiquo puro.

¶ De cura flux⁹ sanguis absq̄ excoriatiōe. Cap. vi.

